

~~100~~ PAVLYS ab EITZEN

Viventes morimur, morientes vivimus, ergo  
Vive memor mortis, mortemq; pauescere nobis.  
Vita malis plena est, pia mors, preciosa res est.  
Vitam mors sequitur: sed mortem vita peata.  
Mors nobis lucrūm, quia vita est Christus Iesus

D. Bernharty

Mors piorum est finis malorum, et janua ad vitam

D. a. 18

~~2 A. 7. 915.~~

00 SL.



A. A. M. M.

DE EVERSIONE  
NIBVS RERVM PVBLI-  
CARVM, POLITICA  
DISSERTATIO,

*Quam edisserabat*

FRIDERICVS TILE-  
MANNVS, V. I. D. ET PVBLI-  
CVS HISTORIARVM PROFES-  
sor, tempore Decanus ornatissimi collegij  
Philosophici, in Academia VVitebergensi:  
cum aliquot emeritis candidatis titu-  
lum magisterij solemniter at-  
tribueret, &c.



*Philo.*

*Θαυμασὸν ἵσως ἔδει.*

W I T E B E R G A E,

Ex officina Cratoniana,  
ANNO M. D. XCVII.

GENERICIS PRÆ-  
STANTIA, VIRTUTE,  
DOCTRINA, ET HUMANITA-  
te nobilissimis Viris-Juvenibus, CHRI-  
STIANO à Schleiniz, IOAN-IOA-  
CHIMO Grientaller, MELCHIORI Schadner,  
GEORGIO Schougardt, VVERNERO Pars-  
berg, LEVINO-LVDOVICO, & VVER-  
NERO Hahn, Ferr. germanis, amicis  
ac familiaribus meis studiosissi-  
mè colendis,

*Officiosam salutem precor*  
FRIDERICVS TILMANNVS,  
VVitebergensis.

**R** Erpetuum est, quod vulgi judi-  
cium abhorret à sententijs peri-  
torum, neq; tam album discolor  
est nigro, quàm sapiens insipienti distat,  
& deniq; amaracimum fugitat Jus. Ex  
quo aptè & conclusè definiuit Fabius, lib:  
10. institut: orator: ca. 7. eos, qui stultis  
videri volūt eruditi, stultos videri erudi-  
tis, cum dūs ἄλλοι παρ' αὐτῶν intersit, inter erus-  
ditum, & inter insipidū stultūq; vulgi ani-  
mum,

mum, quo in studia sua animatus admit-  
tit facilius *ἤν μὲν γινώσκον ἄνευ πᾶ*, modò prævas-  
leant, quæ præconceptæ suæ Vanitati  
lenocinantur. Ut plurimum referat,  
qualia unusquisq; ex plebeis rerum magna-  
rum constituerit initia, ijs enim semel con-  
stitutis, ferè semper ab ijs pēdet, increfcit,  
*Ἐ ἀντίπερ ἔ ἰφ' ἑαυτῶ ἀγαθόμει* se haud  
quaquā patitur reprehendi, nedū de meli-  
oribus edoceri. Tanta est sententiæ semel  
ab imperito apprehensæ pervicatia, ut  
neq; sciat verum, neq; discere velit, quod  
de Asclepiadis sectatoribus pronunciauit  
Galenus lib. i. de naturalib. facultatib.  
c. 13. Eiusq; rei rationem explicare in-  
promptu est, atq; numerato, quia levia  
ingenia, cum nihil habeant, nihil sibi de-  
trahunt, magno ingenio multaq; nihilo-  
minus habituro, conuenit etiam simplex  
Veri erroris confessio, ait Celsus lib. 8. cap.  
4. Et verissimum est, quippe soli sapien-  
tes **VERVM** cupidius adfectant, reli-

qui umbram sapientiae captant, maluntque  
videri, & tanquam κόρυδοι inter indoctos  
φθέγγεσθαι. Sapientes vero βέλτιστον κερτῆς  
εἰς laborum suorum dirigunt ad investigan-  
dam veritatem, quam invenire se posse,  
non sine causa, & doctissimi & antiquis-  
simi sunt diffisi, quod omnis cognitio mul-  
tis obstructa sit difficultatibus, involu-  
taque in ipsis rebus obscuritas, & in judici-  
is nostris infirmitas. Ipsa igitur veritas,  
ὡς αὖ φησὶ τὸ χεῖμα (quomodo expingitur in  
piscatore Luciani) nullo negotio potest de-  
cipere, & dum per angusta & iubrica via-  
rum ducit vestigantem, solet intricare sa-  
pientissimum quemque, ut is dubio colore  
deceptus, quando arbitratur se inter ma-  
nus arripuisse pulcerrimam veritatem,  
opinionem pro veritate arripuerit, est e-  
nim veritas, Virgo ἡ γυμνή, καὶ ὑποφάλαγξ ἄει ἐ-  
δολιδένυσσα.

Hoc ipsum ut minus attendunt im-  
periti, sic diligentius observant periti,  
quos

quos usus edocuit, ne quidquam humani  
à se putent alienum, sciant potius in lubri-  
co pavimento nihil facilius esse, atq; labi  
& corruere, discant modestius sua aesti-  
mare, humanius aliena de aestimare. In-  
deq; sapientes præcipiunt temperantem  
animi moderationem, ne elatus adsur-  
gat, & sublimiora de se sentiat, magis in  
studijs homines timor, ait Plinius jun. lib.  
5. epist. 17. quàm fiducia decet. Et quæ  
studiorum fiducia, quæ so, cadet in sapien-  
tem? pernoctat ille naturam Veritatis,  
eamq; à mortalibus vix per nebulam ad-  
spici, ne utiquam ignorat; Imò vix multo  
tempore, jugiq; diligentia, ac frequenti me-  
ditatione notabilem reddi fugacissimæ  
Veritatis semitam, habet exploratissimū;  
atq; populares <sup>ὄρεσθαι</sup> ridet, qui sapientiam  
ex machina conantur excitare, atq; ad di-  
cti & operati studijs liberalibus, putant  
se uno die plus atq; eodem impetu confice-  
re, integriusq; perficere, quam quisq; sapi-  
entum

entum vel longo spacio conficeret, perficeret. Sed quantum inter Alcestidem fuit & Euripidem, de quo inquit Valerius Maximus. lib. 3. memorab. c. 7. alterius fecundi cursus scripta, intra primas memoriae metas corruerunt, alterius cunctate stylo elucubratum opus, per omne ævi tempus plenis gloriæ velis feretur, &c. tantum hodie & semper interest, inter plebeia deproperata, & exasciata scripta doctorum, illa uno momento oriuntur, & non alio momento flaccescunt, hæc genium habent, omni tempore victura. Atq; hoc est, quod eruditæ cunctationis grande perhibetur autoramentum, & commodissimè adhibetur tum ad imperitos coarguendos, ut desinant tumere, tum ad comprimendos malos, si qui sunt (sunt autem non pauci) in doctorum ordine, ut desinant improbius invidere, vel etiam insectari.

Equidem dolendum est, doctos reperiri,



periri, quibus res una voluptatum est, a  
lijs doctis insidiari, aut illis contradicere:  
decebat doctos fraterno amore unitos a-  
micus vivere, reque apertius comproba-  
re, se solos mortalium, Veritatis & Virtu-  
tis esse cupitores acceptissimos: decebat  
hoc, at quid fiat, res manifestaria est, &  
dentatae chartae, passim volitantes, liqui-  
dissime loquuntur. Cæterum, quis nescit?  
fratres etiam sæpè multumque exoptant  
omnes magister, atque frater ma vult extraneum,  
quantum vis sibi inimicum, aliquid habe-  
re de bonis patris, quam quod frater plus  
eo habeat unum iota, Verbis Magdaleni  
p. I. de num. testium. lim. I. cap. 16, n.  
140. & iisdem repetijt Michæl Aguir-  
re p. I. responsi pro reg. Portugal. n. 40.  
Nihil itaque mirum, si doctiores nonnun-  
quam eruditæ decentiæ obliuiscantur, &  
se recordibus rixis ineptissimi commi-  
tant, & ne unus alio indoctior pueretur,  
malunt contēdere de ficu, quam Veritati

concedere, maximè cum nunquam desit  
honestus rixarum prætextus. Nam  
quod Guil. Postellus scripsit in præfat.  
lib. 2. de orbis concord. eam esse ambiti-  
onis naturam, ut sub specie pietatis, velu-  
ti per cuniculos, in fraudes ruat, obijciatq;  
periculis, & invidia, quibus se bene vel-  
le consultū simulat, &c. hoc nimis verum  
esse, cotidianis documentis admonemur.  
Nunquam ulla in scholis, ulla in foro  
suscepta est disputatio, nisi ob pietatem,  
qua motus disputator debitum voluit  
præstare veritati patrocinium, justitiæ  
subsidium, humanitati favorem, errantiq;  
adversario viam comiter prælucere. Cer-  
tè bonum factum hoc laudaretur, si dis-  
ceptandi labor eo fine dirigeretur; at qui  
crebrior observatio est, latere sub istius  
modi speciosis titulis vitium perniciosiss-  
imum, vel ambitionem, vel rixandi libi-  
dinem, illam ferè accendit materia ad  
tractandum proposita, hanc proritat tras  
Etate

Etate materiae modus, utraq; sumit inci-  
tamentum ab invidia. Invidiam vero  
intelligit Socrates, & praeclaros invidiae  
fontes, ambitionem & calumniam, quan-  
do conqueritur apud Platonem in Apolo-  
gia, se *σοφῶν ἀγροῦν τε ἐφθίον* consumi, ut me-  
rito Apollonius Thyanæus statuerit, re-  
censente Philostrato lib. 1. ca. 22. sapien-  
ti majus periculum imminere ab invidia,  
quàm vel naviganti à tempestate, vel  
prælianti ab hostib9. Atq; hanc fœuissimã  
bestiam gloria vincere, difficilimum est  
inter mortales, ait Micipsa Salustij vin-  
cenda tamen est, siquidem volumus à  
præsentaneo malo sapientem asserere, me-  
mores, quod tria ex veteri præcepto præ-  
standa sunt ut vitentur, odium, invidia,  
contemptus, monente Seneca lib. 2. epist.  
14. quodq; enitendũ, ut invidia in auctore  
infidum recidat, eumq; urat, ac gravius  
torqueat, juxta Satyricum:

Invidia, Siculi non inveneri tyranni

Tormentum majus.

A 5

Idq;

Idq̄tum demum procedit, si nos invidia præstantiores ostendimus, ut invidiæ avertendæ haud suffecturum videatur, quod simplicior vetustas credidit, <sup>Φέρον</sup>  
<sup>χοι</sup> unicum invidiæ esse, si in sinu sibi quisq̄ despuat, notante Scholiaste Theopocriti ad idyllion 5. vel etiam quod superstitiosa cohors Iudeorum substituit suū קריאת שמע matutinis & vespertinis horis recitandum, vel deniq̄ cuncta septuagintiariorum amuleta non proficient, si solide virtutis, absolutæ eruditionis gloria defuerit, qua sola vincitur invidia, ne sapienti noceat, verum soli invido sit exitiosissima. Inq̄ eam sententiam frequens est allegatio versuum ab Alano Parisiense conditorum:

Nil aliud, nisi se, valet ardens Aetna cremare,  
Sic se, non alios, invidus igne coquit.

Planè ut eruditæ soliditatis gloriam obtineamus, iuvat diligentius præcogitare, humeri nostri quid valeant, quid ferre

re

re recusent: nec enim omnia possumus  
omnes. Quantum est? homo scholasti-  
cus de politicis rebus edisserit, hic si poli-  
tici invidia attingitur, neque mirum est,  
neque durum, aut insolens: invidet poli-  
ticus eam animositate scholastico, qui  
alios limites ausus est invadere: at non  
invidet solum, sed etiam infeliciter ausa  
nullo negotio comprimit. Nam subli-  
mes materiae, sublimium ingeniorum exi-  
gunt tractatores, ait Cyprianus in pro-  
log. serm. poster. cum non facile de arti-  
bus iudicet, qui artes ignorat. Atque huc  
pertinet, quod recitat Columella lib. 1.  
de agricultura. c. 3. Pœnos, gentem acu-  
tissimam, dixisse, imbecillio rem agrum,  
quam agricolam esse debere. Nec aliter  
fieri potest, si maiora viribus audemus,  
quam vis amittamur sedulo, quin tandem  
viribus defecti cogamur *γρωσισμαχέιν*. Con-  
venit itaque materias deligere, quibus  
superesse licet, easdemque non limis oculis  
inspice-

inspicere, sed multo tēpore cogitare, quid  
de ijs sit existimandum: & quia dies di-  
em docet, & ἀδριανὸς φησὶν δεικνύει. sunt sapientio-  
res prioribus commodissimum est, cogita-  
ta nonum supprimere in annum. Ita memo-  
riæ proditum legitur apud Plutarchum  
in lib. an Atheniens: bello &c. Isocratem  
Rhetorē (suerunt alij alioquin hoc nomis-  
ne clari philosophi, autore Mureto lib. 1.  
election. c. 1.) suum panegyricū, unam ora-  
tionem vix quindecim annis absoluisse,  
quo etiam tradiderunt Cicero lib. 2. de  
orat. Quintilianus lib. 10. ca. 4. & extant  
similia monumenta apud classicos scri-  
ptores quam plurima, omnia verò stabili-  
unt Sophocleū, illud φησὶν οἱ παλαιοὶ οὐκ ἴσφα-  
λεῖς. τὰ ἀσφαλέστατα autem sola proficiunt ad  
removendam invidiam à sapiente, qua  
remota tutus est à morsibus adversario-  
rum, & gaudens malefactorum calum-  
nias potest deridere.

Deniq̄ ex his manifestum redditur,  
non

non de nihilo esse, quod superius me alle-  
gare memini, quando monui, eruditæ  
cunctationis autoramentum & perstrin-  
gere oculos plebeios, & quam doctrina so-  
let habere invidia, eam penitus placare;  
hoc certe in loco altius fuit repetendum,  
ut ad æditionem huius deproperati quan-  
do in vitus ferme protrudor, quid animi  
mibi sit, Nobilissimi & amicissimi com-  
militones, recelligatis. Animo iam dudum  
prospicio malesanam invidiã, aliq̃ in vi-  
debunt, professoria voce <sup>τὴν ποδιντὴν</sup> recita-  
ri, aliq̃ damnabunt extemporanei discursus  
farraginem, ac vitiatam discurrendi  
rationem improbabunt. His quod reponam,  
haud invenio, sed nec dispicio quid  
reponendum, cum mihi meæq̃ causæ ipse  
diffidam. Appello autem vos, Nobilissi-  
mi amici, vos familiariter meministis, me  
superis mensibus, & illis præcipue tempo-  
ribus, quibus cogitationem curamque de  
munere publico, de oratione habenda, a-  
lijsq̃ gravibus rebus suscipere debebam,  
unicum

unicum hoc animo meo fauentius agitas-  
se, quomodo irreducem viam ingressus de  
sponsa alibi conditione perfruerer, & ve-  
rè tunc ubi erā, non eram, ubi non eram, i-  
bi erat animus. Vix paucis diebus, ante-  
quam publicis solemnitatibus indictum  
tēpus appeteret, hæc qualisqualis politici  
discursus exercitatio inter plurimas me-  
as occupationes nata erat, eaq; suo loco re-  
citata, nec ego aliud putabam fore aut o-  
ptabam etiam, quàm ut ipsa recitatione  
consumeretur: adeoq; indignam quæ scri-  
beretur, eandem obiter memoria comple-  
xus, cupiebam, ut in auditorum animis  
exolesceret, ne scripta forsitan in aliorum  
manus incideret, meaq; negligentia me-  
moriā referret. Cæterum omnia hæc be-  
nè provisā, cotidiana amicorum inter-  
pellationes irrita esse voluerunt, petie-  
runtq; ut *ἱστορησάμενος* illius discursus, pro  
tempore, properiter delineatā, curatius in-  
tueri, & inde retexere studerem, quæ pu-  
blica solemnitate perorassem; nec petere  
desistēs



desliterant, & urgere, usq̄ dum petitis an-  
nui, & operi ad insectationē calumniosā  
satis exposito timidius successi. Timidius  
dico, *μὲλα σκεπτός ὄνομίζων* depudui, n. qui me  
tot tantisq̄ difficultatibus obnoxium ipse  
dereliqui, atq̄ malui fautorū meorum ad  
lubentiam sectari, quā erudite perfecti-  
onis gloriam, ad elidendas fraudes canum  
meorum (ita D. Hieronymus) diligentius  
affectare. Reliquum ergo est unicum  
*κρησφύχεται*, perturbatricem omnium rerum,  
calumniā, exoremus, ut sileat, quā qui-  
dem ego hac simplici erroris confessione  
placare cupio, submo vere nō audeo, &c.  
Vos autem (quorum nominibus  
scriptum hoc pertextum est) gloriæ &  
immortalitatis candidati, à vobismet  
ipsis, & à vestris majoribus nobilissimi,  
amici colendissimi, qua fiducia scriptum  
hoc fauentys vestris inscripsi, nullatenus  
ignoratis, animum in vos meum imitus  
inspexistis, ego in me vestrum scio, & gau-  
deo, atq̄ hoc sequestro quidlibet auden-  
dum

dum duxi, certò mihi adpromittens, nec  
vos meo unquam amori, nec me Vestro  
concessurum. Macti animis este, & vos-  
met magnis rebus seruate, & quod faci-  
tis, semper cogitate illud Apuleij in lib.  
de deo Socratis, si laudas aliquem, inquit,  
quia generosus, parentes eius laudas, &c.  
sed si eum laudas, qui bonis moribus, &  
artibus doctus & valde eruditus, quan-  
tum homini licet, tunc ipsum virum lau-  
das, quia nec à patre hereditarium, nec  
ætate mutabile, nec à corpore caducum.  
Vos igitur pergite, conantibus vobis Dis  
vinum auxilium feliciter occurret, absti-  
nebit à vobis manus suas fortuna, nec in  
vobis potentiam suam, nisi ea parte, qua  
prodest, ostendet, idq; vobis, Genti vestre  
ac Patrie, auspiciatissimum ut eveniat,  
precor religiosissime, opto felicissime. Va-  
lete. scribebam anno 1597. 8. Calio

Octobr. quo die <sup>ca. x. h.</sup> vesper-  
tino occidebat.

A. A. M. M.

*πρόγραμμα invitatorium*

# DECANVS

COLLEGGII PHILO-  
SOPHICI

FRIDERICVS TILMANNVS

V. I. D. Publicus historiarum Professor,  
purioris Philosophiæ studiosis  
candidatis S.



Vnt quos pluteum cadere, diffidere  
Phæbo,

Quos verbaq; tenero supplantare  
palato,

Tantum iuvat, incuria turba sophi-  
starum;

Non hi satagunt pectore prouido suorum,

Dum quæ sua sunt, quærere cessant cerebrosi,

Et quod vitium uitij omnibus pudendum,

Rident, alijs pascere barbam sapientem.

At quis sapientem putat hunc, inter aënos

Fratres ( miserum ) deuia qui somnia captat?

Aut anthericum falce metit & desipientem

Hûc rectius inscribis; at haud minus occurrunt,

Qui Carneadis dogma secuti logicorum

Tricas studiosas intricare capessunt;

NON & HOC sophi dicere; uerum nihil ultra.

Solus sapiens persequitur commoda vitæ,

Et corcula rem pressius omnem meditantur,

Contortula temnunt, hominem perficiundi

B

Dun-

Duntaxat anhelant studium, dispiciuntq;  
Quæ frangere possunt animum, quæ stabilire.  
MENS ebria, turgēt nimum, forte secunda,  
Si Diua tonat, se nimum comprimit, atq;  
Nunquam scit habere modum, nunquam stabilitur;  
Ergo hanc medicare cogitant, quippe vident,  
quām

Non fors, animus fallat, & improvidus erret.  
MENS artibus instructa bonis, inuida spernit,  
Et sufficit ipsa sibi, nescit creperas RES;  
Fons est veluti illimis, & argenteus undis,  
Quem Naiades udo pede circumdare gaudent,  
Gaudent Dryades, numina syluestria Fauni;  
Illo videas fonte latere quidquid æther  
Nutrit, omne quod refugus complectitur  
orbis;

Præsentia cum præteritis glutine docto  
Iunguntur, & aduersus acumen lucumonis,  
Sic conficiuntur, ut futura repræsentent;  
Hic conspicitur, quæ via producat ad astra,  
Quæq; summet orbis numeris, sidera circis  
Definiat, anni volucres terminet axes?  
Quid nō? MINOR INGENIO EST NATVRA  
SVBACTO.

Ex quo cluit æterna MAGORVM incluta Virtus,  
Laudataq; Chalcidio, secretior athli  
Norma; Splendet haud cognitus ignis supe-  
rūm? illi

Mox conijciunt esse diem, qui vehat ortum  
Regis Israelitidum: ô dignissima dicta  
Vestri studij præmia, diuinaq; mira,  
Vos, ô, DEVS adduxit ad infantile Christi,  
Et iussit, ut exurgeret ex sophia nomen,  
Nomen celebre, ac perpete quod vigeret æuo;  
Atq; hoc manet & vos sophiæ cupientes, vos

Macti

Maſi ſtudijs pergite, ſuccedite cœptis,  
Oſtendite, quàm nil ſapiente maius; ultrò  
Maſtabimus emeritis vos honoribus ( nam  
Ambire decet quas meruit gratia laudes )  
Si quo ſpacioſum rutilans Cynthia cœlum  
Decuſſat, id & vos ſpaciũ ſciatis eſſe,  
Quo nomina ſunt ueſtra mihi edenda; paratum  
Memet facilemquẽ ſinguli inueniant, faxo.

---

*πρόγραμμα futura renunciationis.*

# DECANVS

COLLEGGII PHILO-  
SOPHICI

FRIDERICVS TILMANNVS

V. I. D. Publicus hiftoriarum Profeſſor,

virtutis ac bonarum arti-

um ſtudioſis S.

**Q**ui teretes aures habent, atque intel-  
ligens iudicium, vel ſola oratione cuius-  
iusque indolem, ac naturæ decora  
ſuſpicioſiſſimè ratiocinantur: præterquam  
enim quod Soloni apud Laërtium λόγος εἶδαν  
λογος ὤν appellatur, etiam ipſa verborum concinne-  
nitas, & ſtructura, latentis adfectus conti-  
net indicinas, ut aurium δοκιμασία, ne Spiritus  
tui Sancto quidem viſa ſit de nihilo, dum

B

2

Iobua

Iobus memorat, aures *δοκμαζειν λογης*.  
Est verò multa varietas orationum, nec eodem ordine omnes censi possunt, nisi casum rationi, fortuita exquisitis coequare velimus, & iudicij integrioris subsidia reiicere. Nam sæpè multum ꝑ cernimus euenire, vt oratio auribus nostris lenocinetur, sed nihil complectatur, quod miratione dignum videri possit. adeoq; & Heraclitus apud Polybium, auritos testes nimiooperè non celebrat, ut etiam illis multum detrahat; Idque inruentes legum Academicarum conditores, æquissimè iusserunt, nec omne punctum alienis auribus & commendationibus ij deferant, penes quos scholasticorum honorum distributiones tempora esse voluerunt; quippe intellexerunt, quàm sit intutum, & perniciosum, temporaria ingenia ecclesijs & rebuspub temeriter obtrudere; cum diurnitate pertracta semper sit animaduersum, istiusmodi *ῥεπουμειθες* proterva audacia, status sacros & ciuicos foedissimè conturbasse. Sanciuerunt ergo, prudentia dictante, ut scholasticorum honorum candidatos nō tantum commendare sit necessum opera boni viri vicaria, sed insuper constituerunt, vt de meliore nota commendati, publicè, priuatimque audiantur, & illorum profectus, adfectusque, in studia liberalia,  
penis

penitissimè exploretur, Nempè non fuit  
prudentissimis nomothetis ignarum, præ-  
meditata verba sæpius fallere, atque in erro-  
res deducere auditorem; ac συζητήσεως cura-  
tius instituta nihil latere frunt, omnia de-  
tegunt, ac certissima quæq; de studijs cuius-  
que pollicentur reipub. pollicita etiam fide-  
lissimè repræsentant. Hanc viam insistere  
iussi, audivimus candidatos nostros, viros  
reuerendos, doctos atque honestos, eorum-  
demque studia omni favore ac promotione  
dignissima esse deprehendimus, & æ-  
quissima ratione decrevimus, conspiran-  
te totius nostri collegij sententia, emeritis  
honoribus condignos maclare, tum ut vir-  
tuti sua tribuantur præmia tum ut alij ad  
parilem virtutis æmulationem prouocen-  
tur. Quia verissimum est illud Cassiodori  
lib. 2. variar. 16. quod nutriunt præmiorum  
exempla virtutes, nec quisquam est, qui non  
ad summam nitatur ascendere, quando irre-  
muneratum non relinquitur, quod consci-  
entia teste laudatur. Constituimus autem,  
candidatos nostros solenni ritu in magistros  
Philosophiæ promouere, ad proximū Mar-  
tis diem; eaq; promotio, ut sit conspectior,  
velint omnes omnium ordinum Studiosi ad  
indictum diem publicis solennitatibus inter-  
esse, se, suaque & commilitonum studia,

Academiae nostrae fata, ac totius reipub. incolumitatem, Deo pijs precibus commendare, id verò est, quod diligentissimè contendimus. P. P. 3. Id. Martij anno 1597.

A. A. M. M.

## De rerum publicarum

everfionibus, exercitatio politica ante publicam renunciationem solemniter recitata.

**Q**ui à primis mundi originibus, & ultimis horarum initijs, ad nostra usque secula cursus rerum, euentorumque consequentias, diuturnitate pertracta, studiosius notauerunt, verissimū esse deprehenderunt, ac animis omnium diligenter insigendum censuerunt *ισοπεινὸν* illud *ἀέλωμα*, quo constructur; *nihil novi esse sub sole*; omnia veterum temporibus notata, deplorata, detestataque mutatis personis subinde alio ævo renasci, vel potius reciprocare, nec vnquam Fato dispari ætatem ætati successisse. Vidit hoc mortalium sapientissimus Solomō, viderunt sapientes ethnici, quos inter Thucydides meritissimè numerabitur, cuius lib. 3. idem effatum verbis non obscuris perscribitur, perscriptumque omni dierum momento euidenter sanè confirmatur, Experimur quo.



quotidie omnia in peius ruere, sublapsaq;  
reuerſi, ſentimus fatiſcentis ac præcipiti  
impetu ruinam minitantis ſeculi noſtri pe-  
ricula, quæ nemini noua inauditaque prius  
videri debent, ſingula ſatis uerulta eſſe cõſtat,  
etiã herocis tẽporibus cognita, à quib. tandẽ  
in noſtri æui maturitatem eruperunt, tantoq;  
ſpacio perennârunt. Animaduerſum tamen  
eſt ex ſolicita temporum collatione, non  
eadem ſtudia vel uirtutum vel uiciorum,  
omnibus ætatibus floruiſſe.

Non equidem ſenſu uulgaris, quem  
plurimi conſingunt, & ſtatuunt, prima  
ſecula fuiſſe aurea, ubi intemeratam pietatem  
homines coluerunt, atque ſine ulla *diæptor*  
*auras* vixerunt, omniumque rerum copia ab-  
undârunt, uſque dum ultima coeleſtium ter-  
ras Aſtræa reliquit, irrequieta facinoroſ  
ſorum malitia indignius coacta, ut paſſim  
huius memoriæ apud autores mentio inijci-  
tur, Platonem in Critia & Cratylo dialogis,  
Auguſtinũ 3 de ciuit. Dei c. 10 & c. Nos uero  
hæc incorruptis rerum geſtarum monu-  
mentis tradi, ne utiquam concedimus: atque  
eſſe Poëticiſ fabulis ſimillima, haud magno  
negotio poteſt oſtendi ex grauiffimis ſcri-  
ptoribus, qui vno ore omnes ac conſpirante  
ſententia poſteritati propagârunt, primum  
hominum genus nihil prius habuiſſe, quam  
obuios quosque ſpoliare, diripere, occidere;  
Hæc fuerũt primæui ſeculi præclara facinora,

hæc aureum nomen, integramque iusticiam  
meruerunt, nempe ferrei homines ius atque  
æquum viribus determinârunt, teste Plu-  
tarcho in Theseo, Cæsare lib. 6. belli Gal-  
lici. Strabone lib. 8. & 16. Dominetur aure-  
um seculum in concionibus, iaceat in iudi-  
cijs, valeat in opinionibus, & sermonibus im-  
peritorum, ab ingenijs prudentum repudie-  
tur, rectius illi sentiant, & verius cum histo-  
ricis, quibus persuadere difficilimum erit, &  
quantum recolligo, impossibile, vt Scy-  
thismû (ita tempus appellari à cataclysmo,  
quod decurrit vsque ad præputium, dispu-  
tauit ex Epiphanio Goropius lib. 4. origin.  
fol. 431.) non dicam singularibus, saltem  
ut statuunt lenioribus virtutibus emicuisse.  
Sed illud nō inuiti admittent, alio atq; alio  
fonte semper geminas virtutes, ac vitia di-  
manare; eoque pertinet quod veteres apud  
Suidam mundi tempora sic distribuuerunt,  
ut præcipuis animæ humanæ viribus tribu-  
ta respondeant. Plato enim tradita antiquiorum  
secutus, triplici differentia animã distin-  
guit in *νεμεσικὴν, θυμικὴν, & ἰσθμικὴν*,  
quæ licet subtilius tractentur à Physicis, hi-  
storicis certè in hoc satisfaciunt, vt distinctas  
assumant, & quamlibet earum tractu aliquo  
temporis principatum inter homines obti-  
nuisse, solertissimi contendant. Prima igitur mun-

mundi ætas cupiditatibus mortalium præ-  
lata fuit ἡγεμονίῃ omnesque pulcrum existi-  
mârunt sapientia & astutijs excellere, inna-  
taque vanitate aliqui magicas etiam disci-  
plinas usurpare cœperunt, ne portentosæ  
artis semina seculo illi defuisse posteri infeli-  
ciores mirarentur; varias artes inuenire, in-  
uentas perpolire, politas perficere, perfe-  
ctas cum quam-plurimis communicare, hæc  
sola tum vitæ precia erant, hæc diuina pro-  
merita; hæc tibi, Iuppiter, Mars, Phœbe, vos-  
que cæteri, locum inter deos conferebant,  
si credere est Clementi Alexandrino in pare-  
nætico & Tatiano in orat: ad Græcos, qui-  
bus accedit Plinius, quando deorum nomi-  
na ex hominum meritis nata esse confirmat  
in lib. 2. natur: hist: c. 7. hæc in supersti-  
tiosam admirationem rapiebant omnes, me-  
tum incutiebant, amorem instillabant, &  
nihil non poterant extorquere.

Repræsentaret illa ætas Poëticiis carmini-  
bus commédatum seculum, quod aureū per-  
hibent, si absq; eo esset, quod primæua  
mundi tempora se ultra cataclysmum expor-  
rigunt, & circa Nimrodi imperium fermè  
desinunt: Antequam aquarum eluiones  
ingruerent, vitamq; vniuersæ carnis vora-  
ginibus suis absorberent, quam studiosi fue-  
rint seculi illius homines & operosi in arti-

bus excogitandis, restatur Iosephus lib. 7.  
antiquit: c. 3. post diluuium Noamum agri-  
culturae, posteros magnificis structuris exci-  
tandis incubuisse, Veritas Biblica eloquitur.  
Atq; hi ipsi omnes magnis ingenijs ornatu  
maxima vitia aluerunt, meritasq; poenas,  
contumacia peccandi grauiter cumulas,  
diluvio, & linguarum confusione, vindicibus  
luerunt atrocissimè: stupidi homines, & rusti-  
ci, valdè flagitiosi esse nequeunt, magnis in-  
genijs magnæ virtutes aut vitia inesse  
consueuerunt, vt est apud Platonem, & inde  
recitauit Plutarchus in vita Demetrii, idemq;  
autoritate indubia adseruit in lib. de Iside:  
AEgyptios diris deuouisse deliciarum inuen-  
tores, quas primùm ostensas à summis Genijs  
probabile est, cum non quæuis deliciae ibi  
dem intelligantur, sed illæ tantum, quæ ho-  
minem sollicitare possunt, ne obuia terræ  
munera, gramina, glandes, natiuosque fru-  
ctus sequiore animo depascat, malit cocta,  
sale condita, & alia quibus pollucibiliter vi-  
vi solet. Sic vaferrimos, astuta calliditate fal-  
laciissimos fuisse primos homines, nemo du-  
bitat, & allegato loco Iosephus conqueritur  
primi pondera, mensuras & vniuersa scelera-  
tissimarum insidiarum euerricula in vsus  
humanos inuexerunt. Hæc aureo, fictoque  
seculo minus conuenire apertissimum est.  
Medi-

Mediam ætatem mundi occupavit *Jovianus*  
quæ bella acerba, diuturna que & omnium  
maxima accendit, homines beluino more  
per agros hinc inde sparfos, in vnam socie-  
tatē coëgit, leges imposuit, imperia peperit,  
constituit, prolatauit; nam domesticum im-  
perium à politico diuisas habet rationes, neq;  
ante Nimrodi grasaturas politicum fuit im-  
perium, primus ille regnum condidit, &  
ciues, qui ad arma eius se contulerant, fortiter  
hostibus profligatis defendit. Non seculo  
huic bellica tela, non ardor belligerandi de-  
fuit, omnia apud omnes ad vnam belli glo-  
riam referebantur. Hinc vetus, & æui belli-  
cosissimi placitis accomoda, formula gratu-  
landi ad Romanos transijt, de qua Seneca  
lib. 9. epist. 67. Romani enim sanguino-  
lentis ex acie redeuntibus gratulaturi, solem-  
ni verbo dicebant; *maesti esse virtute: nec opi-  
nabantur decus alienæ virtutis, sola forti-  
tudo virtutis nomen sustinebat, tum apud  
Græcos, qui Martiam virtutem (quomodo  
indigitatur ab Apuleio, lib. 10. & Ammiano  
lib. 28.) vnam omnibus præstare credebant,  
atque verbum *ἀρετήν* *ἀπὸ τοῦ ἀρεῶς* à Marte deri-  
uatum, de fortitudine tantum & bellica præ-  
stantia exaudiebant, sicuti illa verborum prisca  
vetustas custoditur à Thucydide lib. 2.  
& 4. Diodoro lib. 11. biblioth. & lib. 3.  
Tum*

Tum apud Romanos, qui fortitudinem comitesque eius, magnitudinem animi, gravitatem, patientiam, rerum humanarum despicientiam, vnicè admirabantur, testimonio Plutarchi in Coriolano, & Iustiniani Imp. in pr. Nouellæ 69. ac virtutem à viribus denominatam, (si fides Tullio habenda in 2. Tuscul. quæst: ) ad hanc sententiam, interpretabantur, quasi viri propria maximè sit fortitudo, reliquæ virtutes, viro & foeminae communes. Eaque belli ac Imperij cupiditas non vnâ vel alteram gentem clabat, omnes eadem cupiditate detinebantur, vno ~~furore~~, què Bellonæ virus tinxerat, eodemque impetu vitam prodigebant, omnes adæque summa adfectabant imperia, & bellica quidem virtute adfectabant; sed dubia incertaque fortuna, aliæ magnis ausis exciderunt, & internecino bello perierunt, aliæ ad Monarchiam euectæ, tantum Majestatis splendorem ægrè potuerunt sufferre, quin fors, campi domina, insidias sublimitati Monarchicæ strueret, diuque summis stare negaret. Ita Assyrios Persæ, Persas Græci, Græcos Romani de imperatorio solio deturbârunt, donec gubernationi *домкн* successit *императорскн*, idque factum circa ætatem Theodosij imperatoris existimauit multa, doctaq; pars historicorum, quibus etiam ad-

sistit

listit Dominus Philippus in Locis tomo op.  
1. fol. 283. certè si non conuenientibus oculis  
intuemur in corruptum seculum superæ æ-  
tatis, cogimur antiquius paullo seculum  
*ἐπιδουμνικῆ* adsignare, vel M. Scauri ædilita-  
tem, quam ciuiles mores maximè prostrauis-  
se, queritur Plinius lib 36. natur. histor. c. 15.  
vel imperatoris Augusti tempora, qui pri-  
mus gloriari solitus est se *γνῶστο* & *Ιαρεντιαν*  
Romā accepisse, sed eam *ἀδύτου* siue marmo-  
ream relinquere. Verè marmorea, in qua  
ciues omnia voluptatibus metiebantur, nec  
patiebantur vllam luxuriantis reipub. men-  
suram inueniri; imò & alias gentes in pari-  
lem ruinam secum traxerunt, infecerunt af-  
fines populos, ut hodiè blandissima domina  
voluptas, perpetuæque eius sociæ, incuria,  
& fucata virtutum species, omnium genti-  
um, omniumque rerum solæ potiantur.

Sanè multos reperiri, non nescio, qui  
iactuose bellis & nostris, & maiorum nostro-  
rum, eandem dominandi libidinem præte-  
xunt, neque me contradictorem ij experien-  
tur, & sine ullo veritatis detrimento  
concedi potest, quod magnificè illi volunt  
cæterum ipsa dominandi vitiosaque titilla-  
tio, qua multi animum ad bellica consilia  
adijciunt, pura puta est *ἐπιδουμνία*: vel vanos  
titulos alienæ potentæ aucupantur, vel sese  
oble-

oblectant imperij diuitiarumq; suarum am-  
plitudine: si qui veram fortitudinē sequun-  
tur, & de Repub. constituenda, ferendis  
moribus, legibus constituendis inter sub-  
ditos & hostes, præclare laborant, pauci ad-  
modum sunt, plurimiquē opinantur forti-  
tudini satisfactum, si corpora hostium vin-  
ciant, at ego, nisi animus hostilis vincatur,  
fortitudinem non animaduerto, animi quo-  
que deiciendi sunt, si solidæ virtuti volumus  
inhærere, consilio Polybij lib. 13. & alibi  
canit Claudianus,

*nulla est victoria maior.*

*Quam que confessos animo quoq; subiungat hostes.*  
iungat hostes. Romani olim hac justitiæ pro-  
pugnatrice vniuersum orbem sibi subiu-  
gârunt, quos DEVS æterno munere, velut  
alteram lucem rebus humanis dedisse vide-  
batur, dicente Plinio li. 27. natural. histor. c. 1.  
nostra ætate lux illa rarissimè splendet in  
bellis, & bellatores principes ferè sunt diui-  
napáβd@ τῆ δουξ, pleraq; occasione, insidijs,  
proditionibus, pauca virtute conficiunt. Quis  
nostra ætate hostem admoneret, de cau-  
dis insidijs? admonuerunt Pyrrhum Ro-  
mani, ac maluerunt virtute quàm infi-  
dijs vincere; Hannibali quoque infensis-  
simo Romani nominis hosti, metum demere  
studu.



studuit Scipio, & persuadere, nihil periculi  
ab Romanis, iam conciliatis cum Carthagi-  
nensibus, ei esse metuendū, testificante Livio  
lib. 5. dec. 4. hodie alijs morib. vivitur, omnia  
iam dudum ætatem *ἰσχυρῶς* occupavit,  
veraque fortitudo refrixit. Esto, quod Con-  
stantinus, Justinianus, alijque Græcorū Imp̃p.  
de hostibus suis clarissimas reportârunt vi-  
ctorias: Esto etiam, quod Helueticus miles  
annis ab hinc 120. argenti & stanni differen-  
tiam ignorârit, autore Cominæo lib. 7. esto,  
quod Carolus, inclutus heros Germanorum,  
qui magnus usurpatur, item Henrici, Ottho-  
nes, Friderici, Carolus V. bellorum fulmi-  
na, bellicis gestis clarissimi, fortuna cōsilioq̃  
inviçtissimi, omnibus heroibus superæ  
ætatis sint comparandi, multis etiam antefe-  
rendi: certè temporis vitium intercurrit, ne-  
que sinit æqua lance horum prælustria facta,  
cum illorum facinoribus conferri. Illi vni-  
cam fortitudinem, atque rempub. respexe-  
runt, at nostri heroës vel religionis propa-  
gationem, vel amissorum recuperationem,  
suorumve tutelam, cogitârunt. Romani  
vllis limitibus rempub. suam arctari nega-  
bant, Alexandro unus non sufficiebat or-  
bis; nostri verò terminis suis contenti le-  
nioribus virtutibus semper studuerunt.  
Multa

Multa insuper à soliditate virtutum aliena  
ipsis temporum necessitatib. coacti indulgere  
necessum habuerunt, quæ ex eorundem  
scriptis constitutionibus curatius recolligere  
iuvat equidẽ, sed hoc loco prolixius reci-  
re, haud quaquam satis opportunum est: v-  
num ex omnibus allegasse, puto esse suffi-  
cientissimum. Castra inde dicta Seruius in lib.  
3 AENEID, v. nos castra mouemus, &c. su-  
spiciose contendit, quasi casta, quod illic ca-  
stretur libido, siquidem meretrices ab ex-  
ercitu Romani submouerunt, nec foeminis  
licitum fuit castra intrare, idque multis do-  
ceri potest ex antiquitatibus, & innuit Are-  
thusa in epistola sua ad Lycoram, quando  
hisc e querulis verbis loquitur apud Proper-  
tium.

Romanis vtinam patuissent castra puellis,  
Essem militiæ sarcina fida tuæ.

Non hinc de legis militaris ratione inquirã  
pluribus, quam subesse grauissimam sciunt  
politici, nec ignorant Physici, omnesque qui  
fatagunt vnum robur corporibus suis sume-  
re, ij deprehendunt *σπίματα ὅσιν συντήρησις* v-  
nicum esse roboris conseruandi præsidium,  
suadentque illa satis probabiliter disputata à  
Plutarcho, in libro *περὶ ὑγιεινῶν*, & Porphyrio  
lib. 1. de abstinentia ab esu carniũ; at, hac  
æui vitiositate quis tantum præsidium, atque  
singul-

singularem bellicæ virtutis tutelam, quis  
inquam, cogitat, aut cogitandam credit? a-  
nimaduertamus *Προφυλακὴν*, corruptelam,  
quæ militum focarias profitetur, mox Anto-  
nini temporibus, vt apparet ex l. 2. C. de do-  
nat. int. vir. eaque tantas vires acquisiuit, vt  
*militarem* venerem castrensibus flagitiis præ-  
fidere, scripserit verissimè Arnobius lib. 3.  
aduers. gent. & si nostri seculi moribus es-  
set describenda, lenius diceretur, venerem  
*Præsidere* castris nostris, quid enim inausum  
est nostris gregariis militibus? virtus mili-  
taris creditur, gnauiter vasculo præliari, hor-  
tos saltusque muliebres depopulari, cuiusmo-  
di amatoriam militiam suis expinxit colori-  
bus Apuleius lib. 2. metamorph. Cordatis  
principibus non potest illa lasciuens petu-  
lantia non displicere, ac sæpius omnem la-  
pidem mouerunt, an possint tantam scemi-  
neam mollitiem animis militum suorum e-  
ijcere, veluti notauit Brotus lib. 7. chron.  
c. 75. de Henrico Aucupe, qui copias du-  
cturus in hostem truculentissimum & nume-  
rosissimum, Hungaros, seuerissimè meretri-  
ces castris exesse iussit, vt illarum exilium  
militibus illicium esset virtutis excolendæ.  
Atque vtinam castigato pectore principes  
tantum facinus laudatissimi herois imitaren-  
tur, haud dubiè plurima discrimina euita-  
rent

C

tenē

rent, in quæ præcipitantur ab insanis mi-  
litibus; & vnâ cum illis, & totius reipub.  
ancipiti periculo foedissimè corruât. Corru-  
ptus enim animus militum ad militarem  
fortitudinem est ineptissimus, cû is, cuius a-  
nimus luxurie, cõtumacia, amore co-  
ruptus est, ne quidẽ seruilem personam possit obire  
in priuata familia, atque ea propter præto-  
rium edictum ad istiusmodi corruptores ex-  
porrigi notius sit ex l. 1. §. fin. l. 2. de seruo  
corrup: quàm ut allegari debeat; verissimũ  
esse, nemo bonus paterfamilias diffitebitur;  
Desinamus igitur mirari, quo abierit, &  
virtus & felicitas Europæa, quis non videt  
exercitus nostros constare ex magna parte  
militum, quorum animus amore, contuma-  
cia, luxurie est corruptissimus; numquid  
hisce libidinum mancipijs patriam, aram, &  
focos tutò committere poterimus? num-  
quid hi defendent, qui curatore ipsimet e-  
gent? Scilicet istis moribus viuatur, quos in-  
lectari facilius est, quàm corrigere, nisi ali-  
quis totum <sup>ist. Supra modum</sup> seculum velit extirpa-  
tum.

Quod non illo intellectu penetrare debet  
in animos nostros; quasi maioribus debitã  
laudem præripiamus, fuerunt certè & ho-  
diè multi (rumpanatur licet illa nupero scri-  
ptori Italo) vigent heroes animo viri prin-  
cipes

cipes, nec vnquam Germani ullis gentibus  
concesserunt; teneamus ergo quod dictum  
est, eo referri oportere, vt nobis communi-  
um temporum impedimenta ob oculos pro-  
ponat: quemadmodum media ætate mundi  
vix vna, aut altera gens propter luxuriam  
immoderatam damnabatur, pleræque belli-  
cis virtutibus intentæ; ita vltima mundi æ-  
tas vix vnã aut alteram gētem solidis bel-  
lorum virtutibus nobilitat, pleræque occul-  
ta quadam *ἐπιθυμία* illectæ, molles, vel iucun-  
das animi oblectationes, vel blanditias le-  
ctorum, lautitiarumque cupidius sectan-  
tur. Non tantus animorum ardor, non  
tantum robur corporis apparet, tumultu-  
antur plurimi, bella gerunt paucissimi;  
imò horribile inuentum bombardarum  
iam pridem militari fortitudini exilium in-  
dixit, & præualuit, ut imbellis strenuum,  
timidus magnanimum traijciat, sternat, oc-  
cidat. Hæc seculi nostri virtus est, hæc  
fortitudo, nec vlla fortuna potest allegari,  
bonam, malamue intelligas, parum inter-  
est, in omni fortuna, nunc maior *ἐπιθυμία* ap-  
paruit, nunc minor; semper & vbiq; volu-  
pras, etiam inter Turcos, Scythas &c. prin-  
cipem locum obtinet, nec hodiè tam belli  
amor; quã mercaturæ dominatur, eiusq; do-  
minium

minium quolibet anno ingrauescit. Quid  
Iudæos euertit? vana Monarchiæ politicae  
persuasio: quid Cimbrorum? barbaricus fastus,  
quo omnes tanquam viribus inferiores, lon-  
gissimè à se spernebant, idem Arionium  
prostravit, multosque alios regnis suis exu-  
it, & tamen nonnihil militaris animositatis  
spiravit, à qua abductius recedunt nostra se-  
cula, quæ male sana stoliditas, & incuria in-  
fatuauit, vt nemo publica, quilibet sua sal-  
tem procurare satagat, communium malo-  
rum planè incuriosus; namque ex nostris  
voluptatem capimus, quam nos ex publicis  
percepturos esse, ignavissimi desperamus.

Num ignoramus Valerij Maximi moni-  
tum, lib. 5. memorabil: c. 6. salutem Reipub.  
omnium priuatorum salutem complecti?  
stante Reipub. omnes ciues stant, cadente,  
cadunt; scilicet imperitum vulgus ignorat,  
praesentia duntaxat intuetur, de futuris ni-  
hil sollicitum, solius sapientis est, non tantum  
videre, quæ ante pedes sunt, sed etiam futu-  
ra, adeoque nos omnes, quotquot sapientiæ  
operis increscimus, præcipuè decet futuro-  
rum considerationes solidius exquirere, &  
Minervæ ad Telemachum verba ἴδὲ τι σε  
χρὴ νηπιῶας ὀχέειν, ἐπὶ δὲ ἐτι τηλίκῃ  
nobis dicta putare, ne vulgari sensu de rebus  
maximis sentiamus, sed constanter nobis  
per-

persuadeamus, nihil hac effæta & delira mun-  
 di senecta vel ab ordine nostro præstantius,  
 nihil magno Genio dignius, nihil totius rei-  
 pub. commoditate vtilius posse dici, quæri,  
 definiti, atq; si quæeratur de rerump. euer-  
 sionibus & cõuersionibus: hoc imprimis tem-  
 pore, quo lacera nostræ Germaniæ atq; vix  
 pendula membra, indolentius miseramur,  
 aliq; opinionibus suis lasciuientes cum vulgo  
 conspirare, & auream felicitatem nostro  
 seculo adpromittere non desinunt. Scitè illi  
 delirant, dum mores æui nostri componunt,  
 cum laxiori veterum Romanorum & Græ-  
 corum disciplina, & felicitatem nostram  
 ἀπεριμετρίτως καὶ ἀδύνατος deprædicant; Germa-  
 ni scilicet tantis prauitatibus obnoxij non  
 sunt, quantis olim veteres, quis Apicius po-  
 pinæ scientiam inter Germanos professus  
 est? istiusmodi professorem Roma habuit,  
 monente Seneca in consolat: ad Albinam  
 c. 10. quis *καυδὶκὰ*, retrolegenda carmina in  
 Germania vnquam publicauit? euulgata fu-  
 isse vetustis seculis testatur Athenæus lib: 13,  
 dipnosoph. c. 27. atque notus est Martialis  
 versiculus, *nec retrolego Sotadem comedum*, nempe  
 ea metris inerant pudica, quæ ne honestos  
 oculos offenderent, inuerso ordine erant le-  
 genda; Istiusmodi dedecora non extare in  
 Germania haud opinor virtutis amor facit,  
 post Dei benignitatem prouida cura ma-

gistratum, qui talia audentes exquisitissimis pœnis coercent, & ne talia audeant, edictis atrocissimis facinorosos durissimè compescunt. Cæterum edictis quid opus esset, si animus virtutis amore flagrans in ciuibus deprehenderetur? noluit Solon ferre legem in parricidas διὰ τὸ ἀπειπίσαι, referente Laertio, maluitque incredibile scelus, & ultra audaciam positum, præterire, quàm, dum illud vindicat, ostendere, posse fieri, verbis Senecæ lib. 1. de clement. c. 23. Nostris seculis si Solon viveret, facile intelligeret, nihil nobis inausum, intemeratumve superesse, nullum hodie crimen singulare est, omnia, etiam immanissima, hodie sunt factis vulgaria, frustra que est, quod credidit Plato, & rogatus quænam ad suæ ætatis homines facta esset accessio, respondit; μὴ ἀσχύνεσθαι κακῆς ὄψεως: nostris certè temporibus ista dici nequit accessio, dici debet perfectio. Ostendunt enim hoc, & planissimè confirmant, durissimæ leges, eæque sanguinariæ omnes, quæ iustissimis rationibus proditæ, passim extant, at frequentias scelerum, & iniqui pernicaces subditos loquuntur; Non aliter, ut multitudo medicorum, & miranda pharmacorum varietas luculenter arguit ἀσωτοτάτης ciuitatis incolas; ita



ita legū exacta durities haud fallaci indicio  
prodit mores subditorum, qui nostro auro  
*eis vniuersum* peuenerunt, ubi etiam rigidissima  
durities vix tot sceleratis suffectura est, cum  
plurimis peccandi facultas, paucissimis vo-  
luntas absit peccandi, omnibus ferè  
adsit politicorum vitiorum inscientia, quan-  
do sub specie honesti ciuilis latent insidiæ  
perniciosissimæ, easque nemo imperitorum  
animaduertit, nemo cauet, omnes laudant,  
sequuntur, amplectuntur, optima spe sufful-  
ti, nihil inde euenturum, quod reipub. pos-  
sit nocere, omnia in eiusdem stabilitatem  
muniendam optimè cessura. Errant ve:ò,  
gramiasque passi nequeunt præuidere ma-  
la futura tanquã longinquius posita, & perpe-  
tuam præsentis stabilitatis, sortem vanissimè  
sibi despondent; Ego ne de singulis agam, v-  
niuersè loquar; non esse eandem omnium  
regionum, rerumque publicarum conditio-  
nem, lubens concedo, itaque totius orientis  
natura est mollior, quam occasus, ut Syros  
ipsa natura leues, ac pronos ad res nouan-  
das ædidisse existimetur, secundum Hero-  
dianum lib. 2. & sunt alia aliarum regionum  
*ἐπιχόρμια* vitia, quæ quando minus frequen-  
tantur apud Germanos, non ideo feliciores  
Germani erunt putandi, vt vulgus arbitratur,  
sed vestigia eorum non leuiter expressa,

molitionesq; possim apparere, pluraque in-  
dies aliena irrepere, id verò detestandum,  
& ne fatalem periodum patriæ nostræ præ-  
cipitent, sollicito animo subuerendum est.  
Semper enim ita habitum est, obseruatumq;  
quod omnis euersionis certissimum sit præ-  
nuncium; *temeraria patrij moris mutatio*; Hæc  
Græcis, hæc Romanis extremam perniciem  
intulit, vt Tullius *πολιτικῶν περὶ* ediffertat a-  
pud Augustinum lib. 2. de ciuitat. Dei cap. 21.  
hæc ne nostris larib. eandem vim adhibeat,  
pietate, & maturo consilio prouidendum est.  
Neminem nisi valdè excordem politicum,  
vitia patria non detestari, certissime constat;  
ea enim est hodiernis institutis nimia vestitus  
indulgentia, ut pudor nullus sit census suos  
corpore ferre, ludum jocumq; fuisse dicamus  
oportet, quod vetus Germania in vestibus  
variavit, præut insana est nostri seculi pro-  
digalitas: accedit petulans lasciuia, omnes  
ordines Germaniæ nostræ foedissima luxurie  
diffluunt, inde creatur auaritia, ex auaritia  
erumpit audacia ad omne nefas, patriæ pro-  
ditionem, innocentum oppressionem aliq;  
innumera, & deterrima vitia; vanitas etiam  
grauitati & constantiæ inimica omnium fer-  
mè animis, quod dolendum est, sese insinu-  
auit, hæc pietatem, omnesq; bonas artes  
corruptit, noua & insolentia malumus, trita  
& ex-

& expedita negligimus; is omnium doctissi-  
mus (cæterum bene habet) perhibetur, qui  
*ἀπίπεσ ἢ ἀδόξος ἰσοθέσας* inuenire valet,  
utilia vitæq; politicæ commoda qui tractat,  
ferè spernitur. Sic mores exteri saltem pla-  
cent, imò & barbarici nostris comtiores vi-  
dentur, retro gradiendo olim nemo Germa-  
norum credidisset posse cuiquam haberi ho-  
norem, licet ea consuetudo sit antiquissima,  
apud Persas solemniter usitata, ut liquet ex  
Ammiano lib: 18. è quibus eandem accepe-  
runt Turci, referente Lipsio cent. 1. epist. 30.  
& Busbequio epist. 1. indeq; in Germanos  
deriuata, hodie apud multos inualuit, & in-  
ter primaria nostri moris, æuiq; connume-  
ratur. Atque hæc ipsa vanitas omnium a-  
nimos deprauat, & glaucomata obijcit gene-  
rosissimis quibusq; ne verã & inadumbra-  
tam virtutis eminentiam aduertant, vnde o-  
riri instabiles animorum motus, discordes  
consultationes, & summam denique infeli-  
citem consequi necessum est. Tantis ergo  
vitiõnitatibus communium tempo. um obfes-  
si recogitare debemus, hisce allatis *σῆμα ἀγι-  
φραδὲς* annotari, quo extima *πρὸς ἡμᾶς* nostri  
æui sese conspiciendam præbet, & monet,  
ut memores simus veriuerbij historici, nihil  
noui sub sole esse, neque dubitemus, quæ  
corruptelæ pessumdederunt respub. toto  
C 5 orbe

orbe celebratissimus, quod eadem fatales  
periodos iam iam instare Germaniæ nostræ  
apertissime denuncient. Quia verò de fa-  
talibus periodis tam variæ sunt doctissimo-  
rum hominum, tamque discrepantes senten-  
tiæ, ut tanta quæstio, quæ ad agnitionem  
futuri periculi commodissima & ad mode-  
randam rempub. necessaria est, nondum  
fatis explicata possit intelligi, curæ precium  
erit, eandem paullò alius repetere, & quid  
de ea statuendum relinquatur, non tam ora-  
tione elaborata, quam simplici discursu (nec  
enim res meæ, iam nunc intricatissimæ, a-  
liud ferunt) brevissimis, sine *κρίσεως καὶ λόγων*  
*ὑποθέσεως* aperire.

Igitur, quod bene vortat, ne *ἀσυνεία καὶ*  
*σκότῳ* se quis deceptum conqueratur, sed *ἵπε-*  
*νitus* prospiciatur nostræ commentationis  
*κρινόμενον*, sciamus, nos hoc discursu periodum  
fatalem appellare, tempus à Deo præfinitum,  
intra quod Respub. vel convertuntur, vel e-  
vertuntur. Nec enim existimandum est, casu  
fortuito genus humanum in vnam rempub.  
coivisse, DEVS ipse autor & fundus omnis  
politiciæ societatis verissime nominatur, &  
ea propter *μυρίσων ἀγαθῶν αἰετοῖς* audit ab Aristo-  
tele lib. 1. politic. c. 2. idemque respub. à se  
institutas liberrimè conservat, destruit, inno-  
vat, immutat; ille excindit gentes, ille abie-  
ctissimas ad culmen summæ potestatis evehit  
hic

hic Annibalem manu quasi reprehendit ab  
everfione vr̄bis Romæ, ac interuocione am-  
pliffimæ civitatis, quam innumeris civibus  
omniq̄ue flore iuventutis viduârat, fataliter  
abduxit, hic alas addidit Romanis, eosq̄ue  
ita animavit, ne innatam magnanimitatem  
dimitterent, & Terrentio Varroni ex clade  
Cannenfis cuius ipfe maxima caufa fuerat, re-  
deuntî gratias agerent, quod de Repub.  
non desperaffet, testimonio Livij lib. 2. de  
ca. 1. 3. Nempè fatum summæ Reip, nondū ad-  
venerat, quo appropinquant, omnia peflu m-  
iverunt, non magnitudo animi, non bellica  
gloria, non numerus militum, non quidli-  
bet aliud fatalem ruinam potuit impedire.  
Varias hæc lubricantis fortunæ viciffitu-  
dines, qui p̄fius cogitatas examinarunt ad  
lancem verbi divini, examinatasq̄ue cum fe-  
rie hiftorica præcipuorum regnorum folertius  
contulerunt, ij deprehenderunt, non de ni-  
hilo videri, quod veteres tradiderunt,  
Rempub. à vita hominis non effe abfimilem;  
vita hominis in perpetuo motu eff, nec un-  
quam quiefcit indeq̄ue varias *τὴν μεταβολὰς* iu-  
ventutem, adolefcentiam, fenectam acce-  
lerat, ut recte Stoici pronunciarint apud  
Senecam, epift. 39. neminem eundem effe  
in fenectute, qui juvenis fuit, neminem  
effe manè qui fuit pridè, corpora enim  
nofta rapi fluminum more, &c.  
eadem

eadēque causa mortis morborumque alumna  
constituitur, ut inepti sint, qui animæ no-  
stræ in ergastulo mortali vitam perpetuam  
optant, ineptissimi omnium qui pollicentur,  
veluti sua ætate seplasiarium quendam  
philosophum fuisse memorat Galenus in  
lib. *περὶ τῆς μαρτυρίας*, qui medicè viventibus vi-  
tæ perpetuitatem insulsissimè despondit.  
Nec aliud in omni Repub. videmus accidere,  
quælibet in continuo motu temporum ma-  
gnāq; rerum maximarum perturbatione ver-  
satur: ut politicum quemcunq; Reip. mode-  
ratorem oporteat Proteum imitari, ac per-  
varias figuras sumere, siquidem velit varijs  
fluctibus agitatum Rempub. prudenter ad-  
serere: Tanta est in Repub. de morum varie-  
tate diversitas, inquit Cassiodorus lib. 12. va-  
riar. 33. ut nemo valeat leges defendere, nisi  
terror videatur aliqua temperare; ut ægris  
non una causa salutis est, alter cibus reficitur,  
alter per abstinentiæ beneficia, hic lauacra  
mollia, ille ferrum quærit ad vulnera, &  
varium poscit remedium diuersa qualitas  
passionum: sic qui populis præesse cogno-  
scitur, non uno consilio præditus inve-  
nitur, feroces districtione premendi sunt,  
mansueti civiliter admonendi, dolosi cau-  
te, simplices sub lenitate tractandi sunt,  
Hæc ille, quæ & nos edocere possunt mul-  
tiple

triplices subditorum impetus: atque eos  
observare decet imprimis politicum, omnes  
quidē hac accuratione observabit, ne nesci-  
us reprehendatur, quod observatis ex multi-  
potente suo pectore conveniens remedium  
non adhibuerit, idque temporum rationibus  
convenientissimum adhibere debet, tem-  
pora enim imprimis variant consilia, tem-  
poribusque increfcit subditorum audacia,  
temporibus decrefcit, prout quatinque Rem-  
pub. sua Fata urgent, neque finunt ut ea-  
dem semper Reipub. facies appareat, verūm  
faciunt, vt decurrentibus temporum spacijs  
adolefcant, iuxta & senescant imperia, tan-  
demque emoriantur.

Planē humani corporis mutationes  
non tantum periculosaē sunt praesertim si  
*κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης* mouentur, Hippocrati  
observatum in sect. 2. Aphoris. 57. sed etiam  
cursu suo plurima adducunt, abducunt, quae  
actu ipso prius non conspiciebantur. Nonne  
quotidianis indicis liquidum est, prode-  
untibus annis hominem puberem & in-  
uestem discerni? vocem ambiguam asperari,  
totum corpus solidari, aliasque notas de qui-  
bus edisserit Albertus magnus lib. de anima-  
libus 5. tract. 2. c. 1. aetatibus singulorum  
quis non sentit imprimi, aut potius inscribi?  
cui nō accidērent periculosissimaē mutatio-  
nes subitaneae? praesertim si acciderunt,  
quatin-

quando οἱ κατὰ τὴν κρείσιν ἀλλοιώσεις totum ho-  
minis temperamentū immutaverunt, ætas ve  
puerilis in juvenilē, juvenilis in senilē trāsīit,  
idq; quando contingat, nihil attinet hoc lo-  
co scrupulosius movere ( ab alijs enim vari-  
ant, nec invicem satis concordant Medici,  
ut videre licet apud Fuchsum lib. 1. inst.  
medic. 3. cap. 5. Macrobiū lib. 1. somnij  
cap. 6.) iuvat saltem exemplo corporis hu-  
mani mirabiles rerumpub. vices paulò con-  
sideratius attendere. Nam eadem fata ma-  
nent unum quodlibet imperium, atque in  
aperto est Romanæ reipub. infantia sub Ro-  
mulo, pueritia sub regibus, adolescentia sub  
Coss. virilitas à Livio lib. 9. decad. 1. collo-  
catur in annum urbis conditæ 435. qua æta-  
te nullam fuisse virtutum feraciorem, ve-  
rissimum dicit, quippe iisdem & proximis  
temporibus plane se ad virilia studia Romani  
formavêrunt, exercitati ab Annibale, Phi-  
lippo Macedone, Antiocho, Perseo, & alijs  
omnia viriliter magnoque animo sustinue-  
runt, constituerunt, perfecerunt. Verum enim  
vero, hæ ipsæ μεταβολαὶ τῶν ὀρέων & variantes  
Romani fati vicissitudines non fuerunt sine  
acutissimis paroxysmis, quis enim nescit  
quæ ab omnibus quotidie allegantur irru-  
ptiones Gallorum, urbis direptionem, at-  
que



que incendia, Cannensem cladem quis i-  
gnorat? Ut morbi in corpore humano produ-  
cuntur vel à causis externis, nimio solis ar-  
dore, frigore &c. vel ab internis, videlicet  
*κακοχυμία & πληθώρα*, indeque mortis exple-  
mentum acceleratur: ita & morbi morteq;  
rerumpub. quippe hostes externi rempub.  
infestant, intestinæque seditiones internis  
morborum causis non ineptè conferuntur,  
utræque enim corpus: sive hominis sit, sive ci-  
vicum, inficiunt, conficiuntque; utræque  
conciuntur ab ijs, quorum beneficio alitur,  
ac conservatur corpus quibus enim alimur,  
iusdem, si iusta quantitas, aut qualitas, vel  
etiam politica prudentia defuerit, interfici-  
mur; utræque aliquamulto tempore colli-  
guntur, sensim progrediuntur vitalia depas-  
cendo, ac quando invaluerunt, grandi im-  
petu corpus prosternunt; indeque quod ma-  
ne viget, vesperi morbidum, mortuum, ni-  
hil, deprehenditur, ita etiam qui servus  
heri, hodie solers & seditiosus tyrannus ha-  
betur, ut his verbis Nicephorum imperii  
incubatores alloquitur Irene apud Eutro-  
pium lib. 23. in f. Sic stupidum, ut vi-  
debatur, Bruti ingenium ad facinora  
regia non potuit obbrutescere, & reipub.  
admini-

administratores reges eiecit à finibus populi  
Romani, sic aliæ discordiæ alias respub. ex-  
ercuerunt easque vel conuerterunt, vel eu-  
erterunt, tum quoad administrationem,  
quæ, inuicem differre sciunt politici, & tra-  
didit Bodinus lib. 2. de repub. 2. & 6. Pertie-  
nent autem & huc commodissima ratione  
possunt reduci conuersiones rerumpub. quæ  
haud procul sunt à periculo, quando status  
Aristocraticus in Monarchicum, Monarchi-  
cus in Democraticum conuertitur, ferè sem-  
per anceps discrimen subesse solet, id quod  
Critia apud Xenophontem lib. 2. his verbis  
detegit, *πᾶσαι μεταβολαὶ τῶν πολιτειῶν θανατηφόροι.*  
Parum abfuit, & Iulius Cæsar euertisset  
rempub. Romanam, quæ ad ἀκμήν prouecta  
non ita pridem incipiebat repuerascere, ac  
senilibus viribus iam effœta neque sapiebat  
*τὰ πολιτικά*, neque sentiebat; eamque Iulius  
Democraticam cōuertere laborabat in Mo-  
narchiam, animaduvertebat enim senilem  
rempub. curatoris alicuius egere, quæ mul-  
torum insidiis exposita sibi met amplius con-  
sulere haud quaquam valebat, nec tantum  
pacis intererat, ut voluit Tacitus in princi-  
pio libri 1, historiar. verum erat necessita-  
tis, alienum auxilium accedere, idque cum  
Iulius circumspiceret, seipsum grauissimis  
periculis exposuit, quippe multa cæde, lu-  
brica

brica fortuna omnes status rerumpub. impelluntur ad conuersionem, quam ut boni ciues auerfantur, ita mali improbius amant, nescientes morbum graphice suis coloribus expictum à Polybio lib. 6. & quasi nauseantes præsentis boni fastidiunt, singulosque futuri articulos se scire, videre, tenere, opinantur, eoque auidius expetiscunt, & quæ tranquilla repub. se consecuturos esse desperant, commota repub. se affecuturos esse, imperitissimi confidunt. Hinc quando manifestum redditur, præcipuam esse hominis & Reipub. congruentiam, vniusque hominis haud disparem esse conditionem, quæ est plurium in vnam rempub. sociatorum, minimè absurdum videri debet, quod politici viam medicorum insistant, & vtriusque σοφαστικῶς de vitali & verè fatali periodo hominis, atque reipub. inquirent.

Quamuis autem philosophi vetustiores ambiguè disputarunt de vita hominis, omniaque casu nata esse, ac cæco impetu ferri consenserunt Epicurei, quibus Pittacus quoque adstitit, dum fortunæ scalam dedicauit apud Mitylænos, ad significandum eius repentinam ἀνω ἔκ κάτω μεταπτώσιν, vt annotauit Aelianus lib. 2. var. histor. c. 29. sustulerunt nempe οἱ δόλοι αἰτέπων καὶ ὑπερόπλαι εἰσθέτων opinionum, omnem Dei providentiam, neque

D

vllum

ullum vitæ aut mortis terminum à DEO  
præfinitum esse crediderunt; vitam, mor-  
tem, bona, mala, omnia omnibus casu acci-  
dere, fortunæ temeritatem, non mentem  
aliquam intelligentem hæc singula dispensa-  
re: At tamen eruditi sanioribus præceptis so-  
phorum attentius paullo cogitant divinam  
providentiam, quippe cernunt motuum or-  
dines, & gratas temporum vices, cernunt  
vindicem injustitiæ. Nemelín, καὶ τῶν μεγάλων  
ἀδικημάτων εἶναι μεγάλας πικρίας, ut Herodotus  
loquitur lib. 2. cernunt excitari magna inge-  
nia, ad magnarum rerum procuraciones,  
quæ καὶ δαίμονα excitari, monuit Pindarus o-  
lympior. ode 9. eaque omnia ut nimiam ad-  
mirabilitatem faciunt, ita divinam providen-  
tiam luculento testimonio confirmant. Ea-  
que providentia vitam hominis, ac mortem  
præcipue attinet, cum homo præstantissima  
sit creaturarum, & φιλόζωος DEVS plurima  
divinitatis suæ dona homini communitet,  
hanc quoque bonitatis significationem non  
invidet, ut summa humanæ vitæ procu-  
ret, & determinet. Terminum ergo sortis  
humanæ innuit Epicharmus, quando apud  
Clementem Alex. Strom. 6. hominem vi-  
vere & valere testatur, numero, atq; ratione:  
ratione, ne seipsum prodigat; numero, ne  
immor-

immortalia speret, sed quotidianis precibus  
DEVM obtestetur, ut ille nos omnes diri-  
gat, ne nostri infortunii principes autores in  
nostras clades ruamus; quin potius insu-  
rrentem & benè commonentem Spiritum  
audiamus, ac sequamur, quem hisce verbis  
*γνώρισον μοι κύριε τὸ τέλος μου*, notificare velis,  
domine, finem meum, in clamat Regius psal-  
tes in psalmo 38. v. 5. & Moyses psalmo  
90. v. 12. nec obscuro argumento ostendunt,  
numero divino res humanas describi, & de-  
terminari; quem & literis sacris destituti,  
perferre possunt, si fata non quorumlibet  
hominum, sed mirabilibus gestis clarissimo-  
rum curatius observant; Nonne eorum ple-  
rique scansili lege annorum climactericorum  
fata sua compleverunt? quàm gratulatur sibi  
Augustus imp. apud Gellium lib. 15. noct. c.  
7. quod communem & haud dubiè fatalem  
omnium seniorum *κλιμακτήρια*, annum 67.  
evaserit? certe annum hebdomaticum 77.  
æque climactericum evadere non potuit. Sic  
multi reperiantur quibus vna eademq; dies,  
& natalis, & emortualis contigit, idque in  
Alexandro magno, Pompeio, Platone, ve-  
rum evenisse, notavit Plutarchus lib. 8.  
symposiac. cap. 1. Tantorum virorum exi-  
tus Deo curæ esse, nemo, qui sanus est, dubitat,

D 2 adco.

adeoque DEVM certo quodam dierum quasi  
delectu significare, penes se solum, omni-  
potentissimum, & sapientissimum, arbitria  
humanorum residere, omnes sani nobiscum  
profitentur. Cæterum ex eisdem planè indi-  
cijs, quæ docent esse fixos mortalis vitæ ter-  
minos, aptè & conclusè deducimus, esse  
certas etiam & fixas rerumpub. periodos;  
demonstrat hoc scriptura sacra, tum plu-  
ribus in locis, tum præclarissimum est ex-  
emplum apud Daniele c. 5 v. 25. vbi de-  
scribitur Regius  $\kappa\acute{o}\mu\theta$ , quem interurbavit à  
rege visa manus, quatuor Hebraica verba pa-  
rieti illinens, quorum lectio, Chaldaicis &  
Hebraicis literis non admodum differenti-  
bus, haud tam obscura fuit quam interpre-  
tatio, veluti D. Hieronymus, ibidem ad-  
monet; Atque inter illa verba bis repetitum  
extat  $\text{N}\ddot{\text{M}}\text{N}\ddot{\text{M}}$  & declaratur à Propheta per  
illud denotari, quod DEVS *numeravit* Per-  
sicum regnum, atque dinumeratum comple-  
verit; Ex quo consequitur, esse aliquem fa-  
talem terminum imperiorum, qui si nullus  
esset, imperiorum anni haud possent nume-  
rari, & innumeri nullo determinato fine  
concluderentur. Atqui finitos rerumpub.  
terminos & scriptura diuina loquitur, &  
communis probat experientia. Nemo tam  
magnus est, cui fatalis fortuna nocere ne-  
queat.

queat; jaſtabat equidem Apries, Aegyptio-  
rum rex, nullum nec Deorum, nec homi-  
num ſe regno poſſe priuare, & Dionyſius ſe  
tyrannidem ſuam adamantinis vinculis mu-  
niuiſſe gloriebatur; exitus verò docuit, quã  
hi imperiti fuerint humanarum rerum æſti-  
matores, periit vterque ſuo fato, ille ſtran-  
gulatus, hic regno priuatus; nosque illo-  
rum caſibus admoniti, diligentius intueamur  
fatalia præcipitia imperiorum, quæ ad di-  
uinam prouidentiam reuocata, ſuis termi-  
nis circumſcripta ſentiuntur, atque omnia  
terminum ſuum quando contigerunt, in la-  
pſum prona corruunt, neque ſinit Deus vl-  
tra terminos à ſe conſtitutos quidquam ten-  
tari a malis imperatoribus; imò vt graviori  
lapſu reſpub. in meritam ruinam trahatur,  
iſte iuſtus vindex ſcelerum, tales euehit  
principes ad Reipub. adminiſtrationem, qui  
ineptis conſilijs pueri, timido animo fæmi-  
næ, impetu plebeio ſerui ſunt, & mancipia  
fœdiſſimorum vitiorum. Accedit etiam,  
quod fata rerumpub. ominoſis diebus com-  
mendantur; ita II. Auguſti Romanorum  
maximas clades, Cannenſem & Varianam  
fecit reciprocare; ita 29. Auguſti nunquam,  
felix aduerſus barbaros purpurauit Chriſtia-  
no exercitui, licet idem à bello Liguſtico  
tertio ſacerrimus fuerit Venetis, referente

Sabellico lib. 3. ennead. 2. atque iisdem Vene-  
tis kalias Calendas esse faustissimas, diutur-  
no usu observatum esse, comprobatumque  
scribit Egnatius lib. 2. histor. Ven. c. 3. Ita  
Athensenses sæpissime Quintiles Nonas sen-  
terunt infautissimas, victi ad Chæroneam,  
victi ad Cranonem, si fides habenda videtur  
Plutarcho, in vita Camilli; & ne aliena ar-  
cessere cogamur, hodiernū diē quot principi-  
um (quorum vitam respub. vivit) cædibus  
nobissem existimatis hunc diem veteres Ro-  
mani parricidium appellârunt, teste Sucto-  
nio in vita Iulij c. 88. atque appellationis  
causam à fato Iulij Cæsaris deduxerunt, quod  
& mansit Valentinianum, & alios plurimos  
ferali hoc die fataliter peremptos. Atque  
hæc omnia fortuito eventu accidisse, ut per-  
suaderi mihi nolim, sic nequeam, si velim.  
Denique facit momentum. haud ineptum,  
quod ex aliarum rerum collatione ad perio-  
odos fatales adsumitur, & coniectarium esse,  
facile perspicitur; sunt enim loca fatalia, in  
quæ exercitus ducere fatale est. Stella vo-  
catur notissimus mons Asiæ, ad quem de-  
latus Pompeius & Mythrdates, Tamerla-  
nes & Bajazeres parva multorum annorum  
decora, vno conflictu perdiderunt, idque  
observavit Iovius lib. 2. elogior. Videlicet  
esse divinam *ignominiam* nemo ignorat, indeque  
Roma.



Romanis Cresiphontem transeuntibus, fata-  
le periculum imminerebat; Ungariam quoque  
limitem defixum fore Turcici furoris sapienter  
adfirmavit divus Lutherus; eoque respexit  
Xenophon, quando eleganter ait lib. 7. hi-  
stor. Græcor. de Lacedæmoniis, qui devi-  
ctos hostes imprudentius persecuti, victi sunt,  
*ἡ δὲ πόλις ἔσθλην ἔδειξεν ὅτι οὐκ ἔμελλεν εὖ ποιεῖν.*  
Atque frequens observatio est, ad fatalia lo-  
ca commeritas poenas divinitus quasi referri,  
cuiusmodi exemplum legitur in 3. regum 21.  
v. 19. ubi Ehas vindicem iram Dei denunci-  
at Achabo, eum periturum, canesque san-  
guinem eius devoraturus, quo loco prius  
hauserant innocentem sanguinem Nabothi,  
idque divino consilio contigisse in fine eius-  
dem libri planissimè describitur. Nec ad-  
modum dissimile est, quod de ultione Neo-  
ptolemea notavit Pausanias in Messenicis;  
Neoptolemum Achillis filium, qui senem  
Priamum altaria ad ipsa tementem traxit,  
& in multo lapsantem sanguine nati *ἰφ' ἰφ' ἰφ'*  
*αὐτῶν* mactavit, paribus poenis iugulatum cir-  
ca aram Delphicam periisse. Denique esse  
fatales duces, in perniciem alicuius gentis  
natos nemo ignorat; quales se Scipio-  
nes luculentissimè repræsentarunt, ijq; fatis

D 4 Char-

Chartaginesium appetentibus, ad excidium populi, reipub. urbis, quasi à Deo destinati videbantur; & planè ad eundem modum se habuit fortuna Caroli magni, aduersus Longobardos, Sarracenos & alios populos, ut eum diuinitus ad illa bella conficienda natum esse, omninò fateri cogamur. Quis etiam nescit *pallidam mortem Sarracenorum*, nempe Ottonem? quis ignorat Sclauorum terrorem, videlicet Henricum Leonem? & quis alios? omnes maxima fortuna, & incredibili successu stupendos nec ignorare possumus, nec vulgaribus viris annumerare debemus. Quæ omnia penitissimè nobis persuadent, ut idem de tempore fatali statuamus, idque à Deo dinumerari, ac numeratum summas reipub. sternere exploratissimum est, ut veteres quælibet numero suo perfici dixerint, & numerum precari consueuerint, teste Catone, apud Nonium Marcellum, quippe *τοῖς καὶ οὐκ ἐχέοντο, καὶ κατὰ τὸ πάντι πρᾶγματι ὑπὸ τοῦ θεοῦ.*

His itaque declaratis haud incommoda ratiocinatione definimus, duces illos verè fatales non quouis tempore excitari à Deo, cum illo duntaxat tempore florescant, quod alicui reipub. genti, ciuitati, fatale euenit; vbi noua succedit quæstio, quodnam sit illud tempus? Magna quæstio, ad lapsum lubrica, de qua rectissimè vsurpabimus  
illud

illud Siluij Alexandrini in pr. lib. 3. de pro-  
 uid. Dei. mortalibus non licet scrutari arca-  
 na D E I, sunt enim omnia ἀνεξεύρετα,  
 & fatalis hominum imperiorum periodus in-  
 exputabilis est: possumus tamen aliquid de  
 ea dicere, edocti partim diuino verbo, partim  
 diutinis obseruationibus instructi. Nam ut  
 aliâs tralaticium est neq; omnia, neq; nulla  
 omnibus conuenire, ita hoc quoq; tractatu  
 intellectum est, generales naturæ terminos  
 à specialibus individuorum terminis esse di-  
 rimendos, illi omnibus, hi nemini extra  
 individuum conueniunt. Vita enim hominis  
 morte perimitur; siue illa sit ἀντόματῳ & natu-  
 ralis, siue violenta, utraq; præsupponit caus-  
 sam aliquam evidentem; sic gladio se in vi-  
 talia viscera penetrante corporis ac animæ  
 conjunctissimam unionem solui apparet,  
 sic insititio calore per ætatem prouectiorem,  
 virus propinatum, violentam ingluuiem, ac  
 alias corruptelas extincto, διάλυσιν τε ψυχῆς καὶ  
 τοῦ σώματος ἀπὸ ἀδήλων inde consequi necessum  
 est; atque in istiusmodi casibus mortis caus-  
 sa obscura non est, cum toti hominum gene-  
 ri conueniat, & vix ullum dari possit exem-  
 plum ad contrarium; Vbique præstituta  
 generali mortis causa mortem ipsam conse-  
 qui licet, quod etiam morti deuota pectora  
 neutiquam ignorant, sibi que mille moriendi  
 occasiones patere gratulantur, quàm piè

sentiant, non disputo, vir certe fortis & sapiens non fugere debet à vita, sed exire, inquit Seneca lib. 3. epist. 24. Atque hac ratione capitale supplicium, quod in nos omnes meritisimè constitutum est, generali termino absoluitur; sed præter illum alius est specialior, isque si quando bina venena iuuant, si morte non naturali, nullis nempe euentibus causis mortis, si iuuenis homo latente morbo denascitur, lucidissimè appareret, illustriusq; diuinum iudicium conspicietur, omnesque fateri coguntur, terminum mortis à Deo cuique indiuiduo constitui, quem quando attingit, subito idè flaccescit & emoritur. Illud sanè non ignorandum, quod ad hunc modum Deus terminum indiuidualem figit, vt eum perpetuò alliget ad terminum naturæ generalem: fortè Deus alicui indiuiduo ætatem satis numerosam despondit, certe eam nunquam ἀπλῶς despondit, heluetur, scortetur, agat quid velit, omnis sponso consistit sub vulgari cautione, si naturæ humanæ terminos non excesserit; quod si ergo gulosus additæ cautionis immemor, humanæ naturæ terminos negligit, & se abdomini natum esse credit, naturam suam, quæ paucissimis contenta est,

plura

plurimis onerat, nihil mirum accidit, quod  
primæuæ iuuentutis flore emoritur. Nemo  
equidem, nisi suo die moritur; interim ad-  
uersissima causa est, itane quis, cui alioquin  
à Deo destinata erant multa ætatis spacia,  
sua ætate se conficiat, an alijs modis seipsum  
prodigaliter corrumpat, quem *in te uiciorum e-*  
mori Poëtæ loquuntur, nec manibus sociari,  
antequam ad metas dati aui perueniat, sim-  
plicior uerustas credidit. Planè non diuer-  
sum putabimus de rebus pub. nam & hæ du-  
plicibus terminis sunt circumscriptæ; specia-  
les sunt, quibus aliquæ v. x primis lineis &  
rudimentis designatæ corruunt, aliæ iam  
quidem absolutæ suapte gravitate & ponde-  
re fatiscunt; generales perpetua regula con-  
tinentur, omnem rem pub. omni tempore  
ruituram, in qua vel imperantium vel ob-  
temperantium discretionibus sollicitissimè non  
custodiuntur, vel custodiæ p. *hæc pru-*  
dentia & quoad consiliandum, *quo*  
ad exequendum improbissimè de. *ruun-*  
tur. Hæc generalia dijudicare non est  
difficile homini in politicis rebus bene exer-  
citato: quis de repub. bene speraret, ubi  
princeps apud subditum æstimatur eo nu-  
mero, quo apud arithmeticos cyphra,  
quæ

quæ cum per se nihil valeat, alijs tamen figuris addita summam facit cumulatiorem? increfcens fubditi potentia nunquam non occasionem præbet euerfionibus, & conuerfionibus rerumpub. idque fapientiffimè Tiberium admonuit Auguftus moriturus, testificante Dione lib. 56. Eò etiam alludit facetiffimus veteris comœdiæ Poëta, Aristophanes in Ranis, qui actus 5. fcena 4. introducit Aefchylum, repetentem veridicum dictû Perichlis incôueniens eſſe *λέοντος σκύμνον* ſiue leonis catulam nutriri in ciuitate, ſi alueris eum, erit pernecceſſarium *τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν* moribus leoninis obtemperare. Hoc minus prouiderunt Aſſyriorum reges, qui a potentiffimis præfectis læpius bello ſunt, & multis difficultatibus implicati: maiores etiam domos legitimos Galliarum reges de imperio deiecerunt; Turcorum denique præfectura à minimis originibus tantoperè inualuit, vt proprijs dominis, & confœderatis ſocijs fuerit exitioſiſſima. Cauſſa exitij ſi quæritur, eſt illa notiſſima; quia ruinis illarum rerump. quas ſibi ſubiugârunt Turci, fuiſſe politicam beatitatem, ex annalibus gentium poteſt confirmari, principes & ſubditi à Deo propter peccata nefandiſſima occæcati munus ſuum non tenuerunt, illi imprudenter, læpius & impiè iubendo, hi per uicaci,

uicaciter contranitando, aut malitiosius obsequendo; mirum igitur, si ex corruptissimo statu illarum rerumpub. aliud nouum sit enatum imperium? cur tulerunt potentem vicinum? cur se non munierunt aduersus fatalem illius potentiam? abfuit omnis mens politici, adfuit error, dissensio, impietas, uanitas, perfidia, auaritia, & sexcenta alia uitia, quæ fatis Asiæ, Europæ, Africæ uigentibus, fatalem interitum florentissimis regnis intulerunt. Italiæ olim populi cum Romanæ rei nimiam potentiam formidarent, meliori usi sunt consilio, & certatim initia crescentis urbis uis opprimere uoluerunt, Deus uerò *ἀλλὰ μοίρα ἴσταν*; interim præclara uoluntas illorum populorum singulariter laudanda est, qui imminetia mala prospexerunt, multaq; quæ auertere nequiuērūt, feliciter emolliuerunt? Ipsi quoque Romani non tulerunt potentiam Chartaginensis ciuitatis, Antiochi, Macedonum, &c. suæque reipub. commoditatibus maturè conlulerunt, quorum exempla iuuat conuenientius imitari, quam subscribere Bartolo, qui his uerbis iudicium suum eloquitur, l. hostes n. 8. de captiuis & postl. reuers. habemus hodiè guerram cum Turcis, sed *modicum ad nos illi*, qui foris sunt, &c. nos sanè; quantum Turcica potentia & effera rabies

atti.

attineat Europam, quotidiano nostro malo  
addiscimus, & scimus illam incuriam plera-  
que regna destruxisse. Idemque existiman-  
dum est, quod mortiferis rerump. morbis  
benè connumerentur, quælibet alia vitia po-  
litica, quando princeps magis ærarij sui,  
quam reipub. curam gerit, vel pacis tempo-  
re non cogitat bellum, neque rempub. ad-  
uersus hostiles impetus obfirmat, neque  
animos subditorum pietate & iusticia tradu-  
cit ad obtemperandū, hinc certè officio suo  
bene non defungitur, & quin ille sub to ca-  
su secum extrema pernicie rempub. tractu-  
rus sit, non oportet dubitare. Ut autem  
vitiatus aër minus nocet corporibus ab  
humore noxio vacuatis, & plethorica faci-  
limè inficit, tandemque & conficit: eodem  
modo externa mala rempub. infestant, quod  
si enim interiora reipubl. politicis accuratio-  
nibus diligenter munita offenduntur, minus  
offensio illa ciuibus nocitura est, minus prin-  
cipi: at si offenditur respub. cui nullum est  
domi consilium, nullum foris auxilium,  
tunc grauissimus casus metuendus est, om-  
neq; periculum præsentarium malū est. Ne-  
que mouebimur contrariis exemplis, quæ e-  
uincunt multas respub. tamen *κατὰ τύχης* vi-  
guisse. non bonis institutis, vt Plato censuit  
in epistola 7. & Cicero adfirmat pro Rabirio  
repub. Romanam suo æuo magis ope &  
auxilio



auxilio deorum, quam hominum ratione  
& consilio gubernatam fuisse; idemque Ta-  
citus contestatur, & notissimi sunt versus A-  
ristophanis, & recitantur à Suida, quibus fa-  
cetissimus Poëta Atheniensium, *δυσβουλία* pero-  
stringere voluit; quia vulgari diuerbio ja-  
ctabant Athenienses, fatua licet statuunt, &  
væcordia, in melius attamen omnia sibi ce-  
dere; Istiusmodi iactatio, si quem mouet, co-  
gitare debet, quam periculosum sit, omis-  
sis consuetis ad insolentia, neglectis vniuer-  
salibus ad singularia respicere; nimis intu-  
tum est veneno victitare, quamuis nonnul-  
los fuisse, qui venenis assueti citra noxam  
biberunt cicutam, comederunt napellum,  
& alias species aconiti, historiae monumen-  
taque antiquitatis loquantur; ita nimis in-  
tutum est vitiositates corruptosque mores  
ac nimiam fortunam alicuius reipub. intueri,  
eamque æmulari, satis inconsideratum est,  
quippe sæpius fallit & licet nullo casu  
falleret, certè præceptis æmulatio satis lu-  
brica videtur, cum indubia regula sit, ex  
tota omnis historiae recensione collecta,  
quod fortunæ fallaciter splendenti, si con-  
siliū prudens desit, ingens infortunium  
succedat; idque Græcos euertit, Romanos,  
rerum dominos, foedissimè prostravit, omni-  
busque imperijs periculosissimum exitit.

Vete-

Veteres in maxima fortuna minimam licentiam esse debere statuerunt, & ea propter insignitè claruerunt; posteris sortis faventia, incertissima herclè, abusi inlicentiosius, ceciderunt; nempe ad generalem terminum omnis reipub. nimiooperè anhelarunt, eumq; quando contigerunt infimul & corruerunt. Hic enim terminus est omnis reipub. præfixus, quod malè imperando summum imperium amittitur, ait Publius Mimus, & legitur in Ecclesiastico cap. 10. ver. 8. βασιλεία ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος μεταγεται διὰ ἀδικίας ἔθνη ἔθνη ἔχρηματα δόλια. Indeque facilis fuit Comineus, elegantissimi historici, politici longè utilissimi, coniectio, qua ipse diuinavit (quando quidem τὰς πολιτικὰς θεῖες τι εἶναι ἔκινθησιν, verissimè notavit Plato in fine Menonis) nimiam Caroli Burgundi, qui nominis sui fama totum orbem impleuerat, arrogantiam, perfidiam, crudelitatem, diu non duraturam; itè Caroli noni regis Gallorum impotentiam & saevitiam malè cessuram esse toti reipub. prudentes politici multo ante præviderunt.

Vbi cogitare iuuat, quod terminus hic generalis est, adeoque tantum generaliter potest prævideri & prædici; quemadmodum Medicus intemperanti mortem, ita politicus imprudenti principi exitum denunciat, vterq; termino generali, neque enim specialis dies aut hora potest determinari ex ante.

antecedente generalissimo, verum si omnino  
determinandus est, specialia adiunguntur,  
oportet; eaque adhibentur, vel ex indubia  
conjectura, vel certissima ratione explican-  
tur. Et ne longo ambitu dicam de Medicis,  
quorum ars tota sollicitis divinationibus con-  
tinetur, teste Hippocrate. lib. 1. de diæta,  
ut illis operosum non sit cognita morbi ve-  
hementia, ægri viribus, statuque ipsius ægri-  
tudinis bene considerato, ipsissimam mortis  
horam sagaciter præfagire: dicam paucissi-  
mis de speciali politicorum prænuncio, quod  
ex bullatis nugis vanissimæ Tritemij quidam  
putant desumendum, eodemque autore an-  
gelorum dominia esse respicienda, quasi gu-  
bernante Samaële semper Monarchiæ nota-  
bilis alteratio surgat, ita enim loquitur, in  
lib. de septem secundis f. 11. sunt hæc om-  
nia meræ vanitates, sanctique studij profa-  
nationes absurdissimæ, quas politici asper-  
nantur. Imò nec omne punctum Astrologi-  
cis observationibus attribuunt, idque mani-  
festum redditur, quando πολιτικῶν τοι, quem  
scripsit bene prolixum commentarium Pe-  
trus Aliacensis de concordia Astrologiæ &  
historiæ, omni ex parte rejiciunt. Equidem  
merito rejiciunt, cum in illo torus occupetur,  
ut ostendat insignes quaslibet mutationes ab  
astris præsignificatas fuisse: nec nova est illa

E

opi

opinio, quam Origeni adseribit Eusebius  
lib 6. de præparat. Euang. c. 9. eumque re-  
fert libro alicui comparasse cœlum, in quem  
*πάντα τὰ γινόμενα* consignavit, & sapientibus  
ad intuendum proposuit; nec aliam sen-  
tentiam defendit pluribus, sed temerè alle-  
gatis fundamentis Iulius Sirenus lib. 9. de  
faro. c. 35. vt facilimè contrarium possit ob-  
tineri, si tempus hoc pateretur induci, poti-  
us est, ad politicos & historicos redeamus,  
qui stellas regnorum præsidēs esse negant,  
adduntq; Aliacensē in athlis exputādis sæpi-  
us aberrasse, epochas temeriter excogitasse;  
Risum teneatis, ponit idem scriptor a primis  
mundi originibus vsque ad cataclysmum  
profluxisse 1242. annos, à cataclysmo ad na-  
tum Christum 3102. annos abiisse: Videte  
impudentissimam audaciam, quam eandem  
in Gaurico & alijs meritò politici damnant,  
cordati omnes improbant, rectiusq; illi præ-  
cipiunt *περὶ τῶν ἀστρονομίας* ita excolēdum,  
vt intra phisicos terminos coherceatur, &  
astra corporum humorumque qualitatibus  
immutatis multa posse ad animi affectus va-  
riandos omninò concedatur, sapiens verò  
astris dominabitur, inquit Prolomæus & verif-  
simum est. Quàm vanum est imperiorum ori-  
gines & incrementa, decrementa item rem-  
publ.

publ. censere ex verticali positu stellæ, quæ  
extrema est in cauda Helices? quàm mise-  
rum est, se talibus inanitatibus fatigare? &  
quare non miserum? illa adsumuntur prin-  
cipia, de quibus adhuc sub iudice lis est; Nos  
verò hoc largiamur illis, nec nodum in scir-  
po quæramus, vel alienam litem nostram fa-  
ciamus; vltro demus, superiorum planeta-  
rum syzygias præsignificare imperiorum  
mutationes, nunquam certè speciales re-  
rumpub. periodos determinabunt, quoniam  
adhuc inexplicatum remansit, imò intactum  
est, quæ causa sit, cur ♃ & ♀ coniunctio in II  
Mauritijs sideribus Orionis, Persei &c.  
circumsidentibus, tantopere Turcis & Tarta-  
ris faueat, quare non Germanis, Hispanis,  
aut alijs gentibus Christianorum, quibus  
solis illa coniunctio anno 1526. despon-  
debat, iuxta decreta Astrologorum, victo-  
riam & felicitatem: cæterum euentu lubrico,  
tristissimo certe exitu, cum eodem anno, Au-  
gusti die 29. Ludouicus Vngariæ Rex,  
multaque millia Christianorum sint profligata,  
cæsaque à Solymano Turcarum  
imperatore. Itane consulemus reipub.  
nostræ, si tam incerta sequemur?

E 2 neque

neque mirum; ignoratur enim, quem potius ducem sequi debeamus, an Ptolemæum, an Paulum Alexandrinum ille lib. 2. quadrip. c. 2. igneam triplicitatem septentrionalibus, hic in instit. artis apotelesm: (atq; ab illius partibus stat tota fermè schola Arabum) orientalibus attribuit, vt arbitrarium videatur in probabiliorem sententiam inclinare, quam quisque suo iudicio probabilem existimauerit. Nos relinquamus istiusmodi epiphyllidas hominibus otiosis, & statuamus hisce iudicijs rerumpub. conuersiones, aut euersiones nequaquam contineri, nec locum inuenire in politicis tractationibus, quæ tamē sobriam astrologiam utilissimè recipiunt, & vnicè desiderāt in obseruationibus aëreis, futuræ siccitatis, &c. (nam & huius accuratio politicum attinet, ne rempub. suam neglexisse videatur, ac malis imminentibus non occurrisse, reprehendatur) in moribus populorum cognoscendis, dijudicandisque, & alijs capitibus plurimis, in hoc verò capite, quod de interitu & conuersionibus imperiorum quærit, cum astrologicis decretis tutò fidere politicus nequeat, eā nō attendere putat esse tutissimum.

~~Abstinendum quoque est politico, ne quidquam tribuat magicis vanitatibus, aut vulgaribus opinionibus, illæ impietatis, hæ hæ~~

hæ fallacissimæ obseruationis habent tenebras, utræque DEVM offendunt, ac debitas pœnas commouent; Cõuenit igitur, vt hisce casibus imitemur Alexãdru[m] magnum, quẽ refert Plutarchus dissecuisse nodum Gordium, de quo barbarorum fuit opinio, quisquis illum nodum explicuisset, ei fatis pro-  
~~tendi totius orbis imperium; maluit dissecare,~~ quàm intricatissimum extricare, cum illud prius cuius hominum fuisset possibile, hoc posterius ei soli crederetur possibile futurum, cui totius orbis imperium deberetur. Leguntur quidẽ exempla, quæ contrarium suadent, veluti quod Rodericus Toletanus expressit lib. 3. de reb. Hispan. cap. 17. vltimum regem Gotthorum in Hispania, aperuisse conclaue quoddam in arce Toleti, quod a multorum regum ætatibus fuit clausum. ibique reperisse in vacua arca sepositũ pannum, his Latiais verbis insignitum; cum contingeret has seras frangi, arcam atq; palatium aperiri, gentes eius effigiei, quæ in panno sunt depictæ, Hispaniam subiugabunt. Territus rex ominosi scriptura, frustra doluit aperuisse, quas enim viderat facies, Arabum paulo post a perfido comite Iuliano cognouit adduci, adductique regem profligârunt, Hispania occupata; Habentur etiam id genus similia de fatalibus statuis, ancilibus

Romanorum. de fano quadrato, quod recitat Iosephus, lib. 7. belli Iudaici, c. 12. &c. tamen singula fallacissimis ludibrijs Sathanæ oppleta esse, rectè existimabimus. Sathanas enim omnes articulos occasionum sollicitissimè obseruat, vt homines à veritate diuina quasi manu reprehendat, ac sceleratissimis infidijs in perniciosissima quæq; præcipit. De quo latius differere præsens tempus haud permittit, accedamus ad genuina media specialium terminorum, qui nobis innotescunt, vt dictum est, vel certissima ratione, vel indubia coniectura; illam à solo Deo, supremo omnium rerumpub. moderatore, haurire possumus, hanc politicæ obseruationes detegunt, quæ ex pœnitentiæ signis, quando Deus vindicem suam iram mortalibus minitatur, collectæ, neutiquam sunt præter propter æstimandæ.

Speciales autem & primi ordinis terminos politici petunt ex reuelationib. diuinis, quæ aliàs expressæ leguntur, de excidio Tyri, Ierusalem, aliarumq; ciuitatū & rerump. apud Prophetas, & Daniele in primis, omnium temporum conscium, & totius mundi philohistora, dicente D. Hieronymo in epistola 103. ad Paulinum; Atqui illæ reuelationes cum obsignatæ lateant, iuxta regulam Irenæi lib. 5. aduers. gent. c. 43. sunt censendæ, quod penitus intelligi nequeant, antequam impleantur; constat equidem euentura est



ra esse vaticinia, sed quo modo, tempore, loco, &c. ferè ignoratur antequam eueniant, ut vitium vitij omnibus maximè pudendum sit, impudenter profiteri, quam liqueant Proph. earum prædicta; Ique omnes re & euentis refelluntur, minutulis enim cõputationibus dediti, immensa spirant mendacia, nunc mundi finem, nunc Germaniæ interitum, nunc Turcici regni ruinam investigat, locum, momentum instans mutationis conijciunt, nullo spiritu Propheico ducti, sed putant idem esse, siue probabili significatione applicetur prophetia sacra ad regnum aliquod, siue ad illud ipsum *περάτω* dirigatur. A chemistis exemplum adducimus, nonne illi acriter insurgunt disputantes in psalmo 127. 7. describi principia chemicæ artis? vbi in verbo Arabico Aludel magnificè ampullatur Robert. Vallen. tr. de verit. & antiq. artis chemicæ; Cæterum quis sanorum patietur sibi persuaderi, chemica principia vel a Dauide cogitata fuisse? accommodari multa possunt, quæ principali fundamēto studiosius explicato falsissima apparēt. Hoc minus aduertit larvatus Eustachus Posseli, qui inertissimis & fat canoris nugis cupit lectori fidē facere, ut secum opinetur, mundū anno ab hinc nono planissimè interiturū, idq; nō colligit ex hominū increscētib. malicijs, veluti Seueri Imp. temporib. quidā historiographus, Iudas, testimonio Platinae in vita Victoris 1. neq; ex astris

computat, vt Alumazar, Stiffelius, cæteriꝫ  
computârunt, sed ex ipsissimis divinis ora-  
culis, eiusmodi vaticinatores <sup>ἐνθεομαντεῖς</sup> dum  
humana credulitate publicos mores ad spem  
alicuius rei corrumpunt, Romana æquitas,  
severissimè punire iubet, ut patet in l. si quis  
30. de pœn. & confirmat Iulius Paulus lib. 5.  
senten. 21. §. 1.

Haftenus de primo ordine; alter con-  
tinet indubias, quas supra dixi, politicorum  
coniecturas; quid enim si insolens & por-  
tentosum aliquid civibus, vel genti cuiquam  
ostendatur? illud non in metum traxisse,  
in primis ominosum est, iudicio Taciti lib. 5.  
histor. & indicat divina ritè non procurari,  
atque divinis neglectis omnem fortunam,  
omnem prudentiam exulare palam est, quis  
enim crederet, quenquam humana curatu-  
rum, & politico muneri satis facturum, qui  
Dei monita negligit? Et quæ insania est  
prænuncia futurorum malorum despicerè?  
*evoluamus γεόμετρα μνημόσυνα τῶν ἡμερῶν,*  
& de facili percipiemus, divini moniti con-  
temtores quæ manere soleant. Nihil di-  
cam de Iudæis, neque enim tempus patitur,  
& alioquin notissima illorum historia est;  
Semestris locutus est, ait Plinius lib. 11. na-  
tur. histor. c. 51. Cræsi filius, eoꝫ prodigio  
totum id concidit regnum. Sic nunquam  
futilibus

futilibus excanduit ignibus æther, indeque Augustus imperator faustum putavit cometem, eodem Plinio lib. 2. natural. hist. cap. 25. autore, utpote qui Romanæ reipub. conversionem portendit, interitum certè regni Italici sub Augustulo significavit. si credimus Blondo lib. 2. decad. 3. Ita terræ motus præmonstravit Saladini impressionem, qua regno Sarracenorum adiecit maximam Asiæ partem, ut relatam est a Tyrio Guilhelmo lib. 20. belli sacri c. 11. & 12, Eadem ratione vates Aegyptij, apud Curtium lib. 4. ex deliquio Lunari everisionem monarchiæ Persicæ prædixerunt. Nec opus est plura cumulare, constat ex omnium ætatum historijs, quod quælibet regna cœlitus sibi ruinam denunciari senserint: vulgus autem, more humanæ cupidinis, denunciatam spernit, solus sapiens prudenter attendit.

Vtiq; illud extra controversiam est, quod susp. c. osæ coniecturæ etiam ex numeris educantur, has cum explicare se posse diffideret Plato, ita in lib. 8. politic. intricavit obscuritatibus difficilimis, ut numero Platonis nihil obscurius esse Cicero prodat lib. 7. epist. ad Atticum 13. De quo multa commentatur Bodinus lib. 4. de reipub. c. 2. & pleraque transcripsit ex annotationibus Jacobi Fabri, ad lib. 5. politic. Aristotelis c. 12.

E 5 sed

sed Platónica laboratius investigantibus neuter satisfacit, ut pro tenuitate mea me, si fata conanti mihi feliciter adfuerint, forte proximis congressibus, deducturum recipio; sufficit in præfati subieciſſe, plerasque mutationes in septenarium aut novenarium annorum numerum incidere; non quasi aliquam numeris tribuamus efficaciam, verum ut medici criticos dies, ita politici numeros perpendunt, ac diutina observatione & regnorum Iudaici, Assyrii, Romani, Constantinopolitani &c. interitu compertum esse ostendunt, cyclum imperiorum quingentorum ferme annorum spacio terminari, monente Garzæo tract. 1. de temp. canone 13. Myſteria enim occulta quædam latent sub numeris, eorumque inſciëntia animos nostros obſtupefacit, ne ſcripturæ ſacræ poſſint penetrare, teſte Auguſtino li. 2. de doctrina Chriſt. c. 16. Et res alioquin manifeſtaria eſt, quod numerorum ordine plurima eveniãt, & noſtris Saxoniſis in cis regionibus ſeptenarium eſſe criticum, præter Peucecerum, annotavit Schneccerus in argumento c. 6. Genel. mihi fol. 299. ibidemque nonnulla eius rei teſtimonia produxit. Quamvis autem hæc quotidiana comprobetur obſervatione, nihilominus tamen ſunt aliqui in contrarium magis acclives, & Poſſevinus quidem lib. 15. biblioth. ſelectæ c. 14. obijcit, annos pro Rorump. varietatibus, inſigniter diſcrepare ne ubique annum iisdem expleri ſpaciis, cum aliter Germani, aliter alii annos ſuos numerent,

idque ut non inſeramus, ita' quod inde ex-  
truitur, planiſſimè negamus. Nec enim lo-  
quimur ἀκελεύως, πλατικῶς loqui ſufficit, ut non  
à momento in momentum computemus an-  
num, atque pro cuiusque reipub. conditio-  
nibus numeratum annum accipimus, eun-  
demq; politico numero ſive nouenario, ſive  
ſeptenario, ac inde collectis cubis, quadra-  
tisque diiudicemus. Ita etiam Spiritus San-  
ctus in Pſalmo 90. terminari dixit vitam ho-  
minis ſeptuageſimo anno; nos vitam reip.  
ſepties ſeptuageſimo πολιτικῶς dicimus abſolviſ-  
ſum ſit, omnia numero aliquo certo, annorum  
varietatibus nihil impredientibus, definiri, in-  
tra què omnes naſcitur, nati dètimus, den-  
tiloqui lallamus, in veſti pubeſcimus, vivi-  
mus, morimur: pleraq; verò definiuntur ſepte-  
nario, aut novenario, quos numeros memi-  
niſſe te decuit, Poſſevine, criticos vulgari-  
tèr à Politicis: Ut neq; illud ſine fatali ordi-  
ne Pontificib; Romanis datum eſſe videatur,  
qui tot ſere ſemper annos in gubernatione  
vivunt, quod numeros continet adſcitum ab  
illis nomen: ita Alexander ſecundus, ſecundo,  
Clemens 3. tertio Victor 4. quarto, Pius 5.  
quinto Leo 10. decimo Gregorius, 13. tertio  
decimo, noſtraq; ætate Sixto 5 quinto anno  
regiminis ſui deceſſit: Hæc verò & id genus  
alia exacti politici iudiciū deſiderāt, r  
profefſoriā: uno tamè verbo ſingulò  
quod veteres Theol: annotaverunt

tulit Petrus Bungus in lib. de numerorum  
mysterijs, numero quingentesimo ( hunc im-  
periorum esse terminum, ante monuimus )  
significari quietis perfectionē cū quingenari-  
us requiē, denarius perfectionem designet, te-  
ste Vitruvio lib: 3. de architect. c. 1. Confici-  
tur ergò periodus politica tum ex quinquae-  
genario, & denario perfectioris quietis signi-  
ficatoribus, tum naturali observatiōe indi-  
cabit quietem imperiorum, motuumq̄, quo  
imperia animantur: Motu autem subtracto,  
ruinosa imperia non inclinantur pedetentim  
sed præcipiti lapsu feruntur, nec periodum  
suam præcisè complent, & fermè circa an-  
num 490. aut plus, aut minus, gravissime  
corruunt.

Porro si quærat quales sint hi termi-  
ni, paucissimis tenendum, ( videtis ipsi,  
tempus quid exposcat ) esse illos fatales, ac  
divina providentiâ sancitos, ut benè dicatur,  
vnum quodlibet imperium æterna constitui-  
one, nexuq̄ue causarum latentium, & multò  
ante à Deo destinatarum suum ordinem im-  
mutabili lege percurrere, vel ut loquitur  
Vopiscus in vita Cari Cæsaris, fato respub.  
regitur; eaque nunc ad summum evehitur,  
nunc ad minima retrahitur.

Non equidem illo sensu, quod destina-  
ti limites nequeant mutari, ut absurdissi-  
mum Stoicorum habet *παράδοξον*, sed quod  
*ἑπιπολὺ*

πικρὸν non mutantur, ut Iobus innuit c. 14.  
v. 5. nempe regula est, quod mortalis vitæ  
terminum homo non supergreditur, at quin  
homo indulgentia Dei terminum præfigen-  
tis eum possit transgredi, nihil addubitan-  
dum est. Nonne Deus vitam prolongavit  
Ezechiaæ regi? de quo legitur apud Elaiam  
c. 38. nonne pios iussit esse μακροχρόνους &  
impios, vix ad dimidium usque, dies suos ef-  
se producturos, sæpissimè minitatus est? Ea-  
que omnia pergraphicè depingunt, quid sta-  
tuendum sit de imperiorum periodis, videli-  
cet, illæ ad hunc modum fatales sunt, ut  
non intercipiatur libertas in Deo, qui liber-  
timè decernit de fatalibus imperiorum rui-  
nis, eorundemque instaurationibus, testi-  
monio Ieremiæ c. 8. v. 7. & seqq. Hinc,  
quod Ammianus lib. 23. prodidit, nullam  
vim humanam aut VIRTUTEM me-  
ruisse unquam, ut, quod præscripsit fatalis  
ordo, non fiat; hoc vel de hominis cuiuscun-  
que præstantissima fortitudine accipiendum  
est, & memini me superius criticorum iudi-  
cia in hanc ipsam sententiam referre: vel ex-  
audiendum est de eo, quod non meritis hu-  
manis fatalia tempora possint produci: cæ-  
terum nihil impedit, quo minus divina fa-  
uentia producantur. Vetus sanè pro verbum  
à Platone in 7. de leg. b. relatum, ἡδὲ θεὸς ἀνάγκη  
μήποτε

πίστασι φανῆ μὴ χόρῳ, extra Deum fingit ali-  
quam necessitatem, cum qua Deus possit,  
sed nolit colluctari; sanioribus autem literis  
imbuti, nesciunt istiusmodi necessitatem,  
Deumq; esse agens liberrimum sciunt; Imo  
remanet etiam libera voluntas eius hominis,  
de quo Deus aliquid sancivit, eoq; respi-  
cit verbum חָרַף apud Daniele m c. 5. v. 25.  
& denotat quando principes non accurant,  
quæ sunt accuranda, tum illorum facinora  
lancinari à Deo, atq; si deprehenduntur di-  
vini favoris contemptores ac contaminatores,  
DEVS justissimo iudicio illos in stuporem  
agit, ut proprijs peccatis, consiliorumque  
meritis erroribus ac cladib; tandem evertan-  
tur. Occæcat animos fortuna, ubi vim suam  
ingruentem non vult refringi, ait Livius, lib.  
5. decad. 1. idemq; assiduis exemplis satis  
contestatum Lucanus lib. 7. v. 58. & seq. lu-  
culenter expressit;

*Hoc placet ó superi, cum vobis perdere cuncta,  
Propositum, nostris erroribus addere crimen,  
Cladibus irruimus, nocituraq; poscimus arma.*

Deniq; admonendi sumus, non hoc sine  
tractari de periodis fatalibus, ut ferocienti seculo  
nostro metum aliquem injiciamus, erramus, si cre-  
dimus metum ullum afferri posse, qui maleferia-  
ros, quorum magna est pietas, nil nisi impie facere  
coherceat: neq; ea intentione proponi, ut timidis  
fatalia tempora exasperent, quippe ait Seneca in  
Oedip



Oedipo v. 993. multi ad fatum venerunt suum, dum  
fata timent; sed tractantur, proponuntur omnia,  
ut futura mala præcaveamus. Sanè hoc usu venit,  
fata prævideri facilius, quam evitari, iuxta Plutar-  
chum in Julio Cæsare; tamen cum Deus misericors  
pœnitentibus annuat, & facilis sit precantibus,  
nostræ culpa perimus, nobis imputare debemus  
quod refractaria animi malignitate resistimus moni-  
tis diuinis: frustra; de fato aut solatium captamus,  
ait Arnobius lib. 8. aduers. gent. aut excusamus euen-  
tum sortis fortunæ: nos enim nobismetipsis de-  
sumus. Quod si non ingenium, sed officium nostrum  
faceremus, diuina clementia casus fatales rerum pub.  
vel auerteret, vel emoliret. Atq; faciemus officium  
nostrum, si precibus instamus apud DEVM, pru-  
dentia ad vigilamus rebus nostris; Illæ demum pre-  
ces omnia possunt, quas fundunt operosi, alioquin  
*ἡπειλὴ ὁ θεὸς ἐκολάζει τὰς βλαπὰς*, autore Xenophonte  
in Oeconomico, & Cato ait apud Sallustium, ubi so-  
cordiæ, atq; ignaviæ te tradideris, ne quidquam  
Deos impleres, irati, infestiq; sunt. Videlicet, utrū-  
que Deus exigit, si impendentia mala auertere, vel  
saltem emollire volumus, ut quas preces debemus  
Deo, operas reipub. pijsime, prudentissime con-  
iungamus; Tu verò summe Deus fac, ut, nostra  
quæ sunt, intelligamus, faciamus, purga mentem  
nostram, voluntatem exorta, Tu tibi grata Ecclesiæ  
ac reipub. salutaria potenter in nobis operare, ut  
hac mortalitate *ἡμερον ἐ πούχιστον βίον* vivamus, tan-  
demq; *ἐκ τῆς φθορᾶς τῆς τῶν ἀφθαρσίαν* tecum in omnes  
æuitates conuicturi, felicissimi pertranseamus.

D I X I

Præsentatio  
M. FRIDERICI TAVB-  
manni, Poetæ clarissimi  
& Prof. publici.

Quæ copiosè splendideq; abs te sunt  
dicta, spectabilis decane, Collega & amice  
plurimi æstimate, quin admirati sint omnes  
qui vim & modum ingenii tui paullo pro-  
pius inspexerunt, nullum mihi sit dubium,  
neque metus est aut periculum, si concin-  
nam atque perpetuatam rerum & senten-  
tiarum cohærentiam intuemur, quin singu-  
la fidelissimis memoriæ, ut ita dicam, can-  
cellis sepiuerint auditores; ita, ut præuari-  
cari non videar consuetudini, quæ dictorum  
*ἀναμνηστικῶσι* (quod meministi) instituere ut  
plurimum solita est; etiamsi hanc ego nunc  
prætermittam; idque vel istam etiam ob-  
causam libentius facio, ne aut oscitantia au-  
ditoris insimulare, aut de fide memoriæ  
ipsorum ullam in partem dubitare; aut tan-  
tum pretiosissimæ illius expensæ, tempo-  
ris, huic Actui noluisse, quod potuissem, fœ-  
nerari existimet. Quin hoc ago potius,  
quod propriè meum est: & quod hi candida-  
ti unice & sollicitè à me expectant. Memi-  
nisti,

nisti, cuius enim tu non meministi? specta-  
bilis Decane: Musas antiquitus bonarum lit-  
terarum & humanitatis praesides, easque no-  
uem celebratas: quae sunt Cleio, Euterpe,  
Melpomene, Thalia, Polymnia, Erato,  
Terpsichore, Urania, Calliope. Atque hic  
earum ordo germanus est, & ratione minimè  
carens. Primum enim est, velle doctrinam;  
vt nomen Cleiùs, quod habet à famâ, non  
obscurè innuit: quasi tu dicas primam co-  
gitationem & amorè discendi ex fama & au-  
ditu conceptum. Secundum est, delectari eo,  
quod velis. Tertium est vrgere id, quo dele-  
ctatus es. Quartum est capere, quod urgeas.  
Quintum est memorari, *μνημονεύειν*, quod  
capis. Sextum est inuenire de tuo simile, ad  
id, quod memineras. Septimum est iudicare,  
quod inuenias. Octauum est eligere, de quo  
iudices. Nonum est benè proferre, quod ele-  
geris. Hæ nouem virgines, etsi semper tales,  
hoc est, virgines: *ἄτεκνοι* tamen & improles  
nequaquam sunt: sed à quocunque studiosè  
coluntur serioq; amantur, ei ex sese gignunt  
filiam: quam Graeci *σοφίαν*, Latini vocarunt  
Sapientiam. Atque harum cum assidui cul-  
tores, proci, immò sponsi atque aded coniu-  
ges à primis statim annis, hi quoque, quos  
coràm ex loco superiori despectas, tres &  
quadraginta commilites fuerint: factum est,  
vt aequè omnes è Musarum coniugio eodem

F

Sapi-

sapientiam genuerint : quod profitentur non  
quidem ipsi, ob verecundiam; sed tu, Spe-  
ctabilis Decane, cæter. que ordinis litterati,  
quotquot vel privatim vel publicè singulis  
eorum voce manuq; accuratè & circumspe-  
ctè obstetricati sunt, ultrò omnes uno ore  
asseverant. Quapropter bonum factum vi-  
detur, ut, quoniam opportunum nunc est,  
solenni & usitatâ nostris ceremoniâ, sapien-  
tiæ patres, sive, quod tritius & frequenta-  
tum magis est, M A G I S T R I publicè re-  
nuncientur. Hæc autem provincia quoniam  
pro tempore tibi, Spectabilis Decane, F R I-  
D E R I C E T I L E M A N N E, ab augu-  
sto Academiae nostræ senatu demandata est:  
ego peramanter, & officiosè peto, ut nomi-  
nis & tituli hujus singulos & universos, què  
æquè omnes promerentur, sine morâ, pro  
autoritate, quâ polles in præsentia, partici-  
pes: & recorderis; poëtas ab ævo illo pri-  
sco idem sub involucro significari voluisse:  
dum Euphemen nutricem Musarum consti-  
tuerunt. Quippe *honos alit artes, ut Siren illa*

*Cicero canit, omnesq; ad studia incendi-  
mur gloriâ: jacentq; ea semper,  
quæ apud quosq; im-  
probantur.*

RENN.

## RENVNCIATIO.

QVæ rotundo ore protulisti, Vir clarissime, collega honorande, eulogia philosophicorum laborum, uti sunt suis numeris absoluta, ita negant amplius quidquam addi oportere; cum & tempus maxima parte decursum sit, & petita suo pondere hoc facile apud me obtinuerint, æquum videri, tum ut ratio habeatur nostrorum Candidatorum, quorum profectus, adfectusque in liberalia studia hætenus explorati, satis luculenter ostenderunt, esse illos singulari favore, ac studiosa promotione dignissimos: tum Collegij nostri gravissimum decretum ratum non habuisse, piaculum arbitror, cum & aliàs τὸ διαστειλόμενα ἀδελφεῖς, maximum nefas censeatur, & hoc imprimis tempore vitiosissimum foret, dignissimorum conatus benivolente studio non adjuvisse, conantesque ad optata, imò emerita βεβαίως non evexisse. Quod igitur optimis auspiciis cedat in ornamentum, ac totius reipub. literariæ emolumentum, ego, pro potestate muneris mei, hos tres & quadraginta candidatos, quotquot eorum gradum baccalaureatus nondum sunt indepti, *baccalaureos*, omnes verò purioris philosophiæ magistros creo, creatosque publica voce, *magistros* renuncio, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Vo'uit autem sapiens vetustas discretos  
ordines discipulorum ac docentium in scholis  
extare, ne quis temeriter, ac privato ausu,  
ad docendum profiliat, sed ordinum iudicio  
probatus in publicum sistatur; aliter atque  
*ἰαδ' ἀλματῶν θεῶν* sisti consueverunt, quæ saltem  
theatrico ritu in publicum producuntur, re-  
cens creati magistri autem publicis, priuatis-  
que examinibus euocantur, ut conspectio  
lucemagis commendentur, atque arbitro-  
rum publicorum attestaciones ab omnibus  
optimè exaudiantur; Adeoque & vobis, no-  
uelli magistri, in hisse frequentissimis docto-  
rum virorum atque iuuenum comitijs, attri-  
buis priuilegia nostri ordinis propria, ne o-  
pinemini cum imperito vulgo, istiusmodi re-  
nunciacionibus vanos duntaxat titulos con-  
ferri, quos nimio opere aucupati, nihil aliud  
est, quàm fugacissimam vmbra captare.  
Certè magisterij dignitas, quàm sit *πρωτὸς  
ἀποδόχῶν ἀξιῶν*, vos solemnitates academico ri-  
tu adhibendæ, sufficienter admonere pos-  
sunt. Nam primum vos in hanc honestissi-  
mam cathedram colloco, quæ est sedes do-  
centium ornatissima, ut sciatis, vos iam sisti  
Ecclesiæ ac reipub. summa vestrorum præ-  
ceptorum testificatione, vestra studia publi-  
cis docendi muneribus non videri incom-  
moda; eoque & vobis potestatem concedo,  
docendi

docendi muneribus non videri incommodum ;  
eoque & vobis potestatem concedo, docenda  
philosophiam iuxta vocationem ac leges  
cuique loco singulares. Atque omnis docendi  
peritia quando multa assiduitate, & per-  
uigili autorum lectione comparatur, vobis  
etiam libros aperio, vt recogiteris, Spartam,  
quam nacti estis, iugi diligentia esse exornan-  
dam, & tamen quamlibet *αυτοδιδασκαλιαν* esse  
fugiendam, quam effugere poteritis, si  
classicos scriptores nocturna, diurnaque  
manu indefessi versabitis : cæterum tem-  
peramento quodam iudicii illos versabitis,  
cum intemperantiæ species sit, plus quam  
satis est, scire velle, ait Seneca epist: 89. Vos  
igitur ne intemperanter, & sine iudicio ver-  
semini in autorum lectionibus, quos ap-  
erui libros, vicissim claudo, vt sciatis nudam le-  
ctionem scriptorum ad eruditionem compa-  
randam nullatenus sufficere, nisi diligens  
meditatio, circumspectum iudicium acces-  
serit, quod ipsum tamen nisi fidelis memo-  
ria suffulciat, omnis labor lectionum in va-  
num abiturus est. Quæ ergo vobis accu-  
randa sunt percepistis; nunc reliqua cogno-  
scetis, quo fine, modoque vestra sint consti-  
tuenda; quippe pileis impositis admone-  
mini philosophicæ libertatis, ne sitis ser-  
uum pecus absurdarum opinionum, & quid-  
libet

F 3      liber

libet vobis licere, opinemini, quin potius vos  
eniti decet, ut titulum attributum concinna  
morum elegantia commendatis, ne Musæ  
vos sinistras literas docuisse videantur, di-  
cente Athenæo lib. 3. de philosoph. c. 10. In-  
deque pileolorum rotunditas vos ad con-  
cordiæ studium, & totius vitæ integritatem,  
color violaceus ad modestam verecundiam  
cohortabitur. Annulos quoque addo, in signum  
nobilitatis ingenuæ, tum ut materia annulo-  
rum purissima, vos de puritate doctrinarum  
erudiat, tum ut usus illorum celeberrimus,  
quo arrhæ vicem obtinent appareat, vosque  
intelligatis, novellis magistris sophiã, inte-  
meratissimam virginem, pronubo annulo  
religiosissime desponderi. Quod superest,  
Deo vota ex imis cordis nostri penetralibus  
ardentia nuncupamus, velit Ille honoribus  
vestris benedicere, nos omnes misericordiæ  
sue vasa facere, nos regere, dirigere,  
ut Illi grata, nobis salutaria di-  
camus, faciamus.

D I X I.

---

Postulat nunc mos Academicus, specimi-  
na vestræ eruditionis breviter ædatis; cui  
obtemperare conveniens est, non contra-  
niti æquissimum.

QVAE



QVAESTIO NOVELLI  
Magistri, Friderici Baldui-  
ni, Dresdensis.

**N**on rationi tantum, sed & æquitati  
consentaneum esse arbitror, Spectabi-  
lis Domine Decane, Præceptor & Pro-  
motor multis nominibus honorande, ut non  
solum mandato tuo morigeri pareamus, sed  
etiam quantulæcunq̃ue eruditionis nostræ,  
quæ quàm exigua sit nobis, ultrò fatemur,  
aliquod specimen hoc in loco, in quo & ho-  
noribus evecti, & velut in Apollinis tem-  
plo lauro Philosophicâ decorati sumus,  
sponte nostrâ exhibeamus. Ego verò, si ullo  
unquam tempore à DEO immortalis arduum  
quid & difficile petere licuit, in præsentia  
potissimum, non tam Spectabilis Excellen-  
tiæ Tuæ mandato parendi voluntatem, quæ  
nobis omnibus est promptissima; quam Tuæ  
expectationi, auditorumq̃ue voto satisfaci-  
endi facultatem concedi mihi exoptarem.  
Verum enim vero nostram juvenilem tenui-  
tatem Vestra matura prudentia & eruditio,  
quæ ab ipso summo eruditæ doctrinæ fasti-  
gio parum abest; solitaq̃ue illa nobilissimo-  
rum auditorum benignitas & facilitas, ultrò  
sublevabit.

F 4

Vt

Ut vero mea qualiscunque imitatio cum Spe-  
ctabilis Dn : Decani, Præceptoris & promo-  
toris nostri suspiciendi dissertatione, quæ satis  
ornatè & copiosè de regnorum temporum,  
que periodis egit, aliquo modo conveniat,  
non abs re esse putavi, neque tempori vel lo-  
co huic inconueniens, si de generali durantis  
huius mundi periodo in genere quædam in-  
fantiliter dixerò. Quæ dum breviter, pro  
exilibus ingenij mei viribus expedio, ut mihi  
à Magnifico Dn : Rectore, generosissimo  
Domino Barone, ut & à Spectatissimo Dn :  
Decano, & reliquis laudatissimæ Academiae  
nostræ Patribus, nec non à florentissimâ hac  
commilitonum meorum coronâ venia de-  
tur etiam atque etiam rogo, & humiliter ob-  
testor.

Tam nota, quàm quæ notissima esse  
potest, est illa Eliana durantium annorum  
mundi constituta periodus, in scholis tam  
Iudæorum, quàm Christianorum passim ce-  
lebrata : Sex millia annorum esse mundi pe-  
riodum : duo millia vacuitatis, duo legis, to-  
tidemque Messiaë. Cernimus in hac perio-  
do, ab Elia constitutâ, totum durationis tem-  
pus esse sex annorum millia, quibus hæc cœ-  
litræque compages est duratura donec  
novum cœlum & nova terra à præpotente  
DEO, primi mundi architecto creentur,  
quæ

quæ nullum deinceps finem interitumque  
sunt expertura. Quam verò turpiter ab hac  
periodo homines, qui vel æternitatē mun-  
di sunt commenti; vel qui longius  
à pomerijs Ecclesiæ DEI recesserunt, haflu-  
cinati fuerint, unus instar omnium testis est  
quàm gravissimus Diogenes Laertius, qui  
suâ ætate tradidit fuisse quosdam, qui à Vul-  
cano Nili Aegyptii filio, qui Philosophiæ  
principia aperuisse perhibetur, ad Alexan-  
dram usque Magnum regem annos quadra-  
gesies octies millia octingentos & sexaginta  
tres fluxisse dicerent, ut in principio libri  
primi de vitis philosophorum memoriæ pro-  
didit. Apparet insuper ex pervulgata illa E-  
liæ traditione, hanc sex-millenariam perio-  
dum tres minutiores periodos distributam  
esse, ita quidem, ut duo millenarij primi  
tribuantur inanitati aut vacuitati. Sed  
priusquã ad reliquos millenarios descendã,  
cur hæc duo millenaria inania vocentur, di-  
cam ex sententiã interpretum. Inane seu va-  
uum dicitur hoc seculum bis-millenari-  
um, quod certis legibus nondum fuerit illa  
politia in DEI populo constituta, ex qua  
nasciturus erat Christus; nec doctrina de  
DEO multis literis mandata (quamvis hoc  
obscurius sit, quã ut indubitato adseri queat:

neque enim consentaneum videtur, literis  
librisque homines ante diluuium omnino  
caruisse,) quodque lex de moribus & ciuili  
vitâ scripta, nondum fuerit promulgata. Do-  
ctrina enim illius seculi de religione & mo-  
ribus vivâ voce mutuisque sermonibus com-  
municabatur. Finiuntur igitur duo primi  
millenarij diluuiio. Sunt verò à condito  
mundo ad diluuium anni 1676. exclusiue  
numerati: quibus si adiecero annos 368. à  
diluuiio ad vocationem Abrahami, integrè  
explebuntur duo millenarij, & supererunt  
viginti quatuor anni, referendi ad tertium  
millenarium. Ut verò primus bis-millena-  
rius vacuitate seu priuatione describitur; ita è  
diuerso postremos duos bis millenarios à  
re contentâ, quam habituri erant, determi-  
natos legimus. Nam secundus bis-millena-  
rius adscribitur legi, quod hi millenarij, le-  
gem promulgatione nobilitati fuerint. Ter-  
tiò enim millenario fuit lex lata, tabulis li-  
brisque insculpta. Accepit enim Abraham  
hoc millenario legem, de amputandis præ-  
putijs, qua veluti peculiari notâ semen A-  
braham à reliquis gentibus erat dignoscen-  
dum: editæ sunt duarum tabularum leges  
decem; constituta fuere iura ceremoniarum  
ac fori Iudaici, quibus populus politiaë  
illius

illius certæ obœdiētiae adstrictus tenebatur.  
Ut verò primi duo millenarij vocatione A-  
brahamica sunt terminati: ita duo medij  
millenarij baptismo Messiae circumscribun-  
tur & complentur. Nam ab anno mundi  
usq; ad annum Christi trigesimum ( qui Sal-  
uatoris baptismo est notabilis ) expleti sunt  
anni quater millia. Cæterum, ut secundus  
bis millenarius magnorum illorum Ecclesiae  
luminum, Abrahami Isaaci, Iacobi & Mo-  
sis rebus præclarè gestis fuit nobilitatus:  
ita tertius bis millenarius non vacuitati, nec  
nomothesi, sed Messiae (tanquam omnium  
personarum præstantissimæ & amplissimæ,  
quæ suo splendore & magnificentia alias,  
quamuis honoratissimas & celeberrimas, in-  
finitis post se parasangis relinquit ) est depu-  
tatus. Nam hos duos millenarios Messias  
**CHRISTVS** filius ille Dei *Ἰουδῆος* in  
carne manifestatus sibi suisque actionibus  
destinauit. Postquam enim è cœlo ad  
nos deueniens nostræ particeps naturæ fa-  
ctus est, ipse officio sibi à patre iniuncto,  
ritè defunctus, per adscitos aliquot lega-  
tos, quos a missione nominavit Aposto-  
los, Euangelium seu lærum illud nun-  
cium ad omnes gentes, quæ sub sole  
sunt,

unt, perferendum curavit, ut deplorata scelerum suorum fœditate, ingemiscant, bona verò per Messiam collata gratâ hilariq; fronte accipiant, accepta retineant, retentis perpetim fruantur. Implebuntur hi duo millenarii Messiaë, anno Christi futuro bismillesimo trigesimo. si enim à Baptismo Messiaë calculum instituto, invenio elapsos ab hinc annos mille quingentos sexaginta septem. Ut verò à Baptismo Christi duo millenarij expleantur, requiruntur adhuc anni quadringentitringenta tres, quibus ad mille quingentos sexaginta septem annos additis, exactè complebuntur duo millia annorum Messiaë. Sed quemadmodum primis duobus millenariis per diluvium 344. anni fuerunt detracti ita (omnibus vaticiniis huc collimantibus, suffragante etiam ipsius Messiaë testimonio, qui dies hujus mundi, propter electos, minuendos prædixit) dies postremorum duorum millenariorum vix complebuntur, ne dum ut aliquid illis adiciatur. Iam enim jam Sera- phicus ille atque Angelicus cœli cœtus classicū mihi canere videtur, seque ad augustissima illa Domini comitia accingere, in quibus vivi pariter & mortui summi illius Iudicis audient sententiam. Iam ipse vivorum & mortuorum iudex, ex arcanâ illâ & profundissimâ

fundissimâ luce, in qua Patri & Spiritui æternum cohabitât, prodire videntur, ut intumeris illis Angelorum cohortibus ac myriadibus stipatus, nubibusque vectus, justè iudicet universam hominum, tam qui sunt quàm qui fuerunt, multitudinem. Iam ipse Dominus de cælo cum exhortationis clamore, ac voce archangeli & tubâ DEI de supernis descendere videtur, ut inclamet mortuos: Surgite mortui, & venite ad iudicium: Usque ad eò omnes postremæ hujus temporum periodi cardines nutare jamdudum inceperunt, ut veluti è fundamētis eversi, toto huic fatiscētis mundi opificio ruinam jam jam minitari videantur. Quæ quidem omnia in hac periodica tertij millenarij delineatione diligentius consideranti mihi venit in mentem quæstio tam difficilis quàm celebris, de periodis combusti primi & secundi templi Hierosolymitani. Hic enim aliquos invenio, qui primum templum à Nebucadnezare Babylonio, quemadmodum secundum à Vespasiano Romano iisdem periodis incensum autumant: occurrunt alii, qui periodos utriusque devastationis in idem punctum negant coincidere. Quo diversissimarum opinionū divortio in dubium abreptus, ex difficilissimis hinc & nobilissimis quæstionibus extricare me commodè nequeo: nimirum,

mirum, quis vniuersalis illius periodi de sex  
annorum millibus auctor sit; quibus funda-  
mentis innixus id pronunciarit: & quid de  
periodo exusti templi sentiendum sit. Quae  
propter ( *ne ὀπίε τὰ ἱσκαμυδία κηδῶν*, neve tam  
respondentis, quàm quærentis munere fun-  
gi videar) respondendi partes ad hæc gravia  
*ζητήματα*, a diuersis diuersimodè tractata,  
deferro ad Clarissimum & doctissi-  
mum virum M. Laurentium Fabricium,  
publicum Hebrææ linguæ in hac Academiâ  
professorem, Dominum ac Præceptorem  
nostrum honorandum: eumq; meo ac com-  
petitorum meorum nomine peramanter &  
obnixè rogo, vt has periodicas temporum  
difficultates in nostri, & commilitonũ no-  
strorum gratiam dissoluat. Ego verò loco  
omnium meorum commilitonum, per-  
petuam animi gratitudinem, de-  
bitamq; promitto spondeoq;  
obedientiam.

RESPON.



RESPONSIO V. CL.  
M. LAURENTII FABRICII,  
Hebr. linguæ Pub. Professoris.

**V**tilem atq; admirabilem esse χρονολογία μαθη-  
τικὴν, humanissime Domine Magister, omnes  
literati et prudentiores viri ultro fatentur.  
Quis enim tam stupidus est, qui non audeat iure  
rerum eventus, qui non desideret temporum explo-  
rare periodos, qui non cupiat articulis periodorum  
articulos sagaciter aptare et cognoscere, qui tandem  
hujus magni Theatri mundani futurus sit eventus,  
et quem finem omnes actiones, consiliaq; hominum  
sunt habitura. Exemplo nobis esse possunt Apostoli, qui  
Christo, Servatore nostro, multis verbis destructionem  
urbis & templi Hierosolymitani prædicente quærun-  
t: Magister quando hæc futura sunt, & quod signum  
est antegrediens illa futura. De futuris quærentes  
& signa illorum sciscitantes Apostolos Christus non  
reiecit, sed præmonitos, ne falsis signis decipiantur,  
certis documentis erudit. Sinit enim Deus nos vermi-  
culos de sibi tantum notis, enigmaticas facere con-  
jecturas, quod Propheta grato agnoscens animo sic  
alibi exclamavit: Non sinit Deus quicquam evenire,  
quod non prius reuelandum duxerit suis Prophetis. De  
Mose refert Philo, quod sub finem vitæ ex Deo quæ-  
suerit: quantum tempus transisset, & quantum  
superesset? Cui Deus respondisse fertur: Duo semis-  
ses trans-

ses transferunt, duo autem semisses supersunt. Ex hoc responso Moſen prudentiorem factum & ſcientia impletum, poſtea diem ſuum obiſſe. Intelligimus Deum ex ſententia Philonis totam mundi durationem in quatuor ſemiſſes diuiſam Moſi oſtendiſſe, ac de illis ſemiſſibus ſub mortem Moſis duas partes ſemiſſes, tranſiſſe: duas verò ſuperſuiſſe. Mortuus enim eſt Moſes ſemiſſe mundi aetate, ideo duas partes ſemiſſes expletas, ſua vita attigerat.

Ceterum quod humaniſſimus Dominus Magiſter querit de periodis temporum ſpecialioribus (de generalibus enim ſpectabilem Dominum Decanum, Collegam & Amicum noſtrum colendum, magnanimi voluptate, & attentione alacri graviter ediffertantem audiuiſimus) id omnes merito rapit in admirationem. Quam enim neceſſarium ſit ſcire periodos monarchiarum, quam etiam iucundum cognouiſſe, periodica tempora, cum partium collatarum veteris, tum noui teſtamenti, atq; vtriuſq; inter ſe viciffitudines, vix dici poteſt. Meminiſſus Abraham natum eſſe Anno 42. poſt principiū primæ monarchiæ ſub Nino. Reſpondet huic periodo Natiuitas Chriſti in quarta Monarchia, qui anno 42. Auguſti naſcitur. Congruunt in his Monarchijs & hæ periodicæ circumſtantiæ, habuit prima Monarchia duas regni ſedes Babylonem & Ninuen: ad eundem modum quarta Monarchia geminam regno ſedem deputauit, Romanam & Conſtantinopolin. Sed vt ex Ninive olim iterum in Babylonem, ita ex Conſtantinopoli

sinopoli vicissim Romam imperij Romani sedes est translata.

Quis non miratur has periodicas responsiones ?  
A condito mundo ad vocationem Abraham sunt  
2024 : à vocatione Abraham ad Nativitatem Christi  
sunt 2021 anni : Differentia est in tribus annis.  
A liberatione Israelis ex Aegypto ad natum Christum,  
sunt anni 1517 : totidem sunt à nato Christo  
ad liberationem Ecclesiae factam ministerio Lutheri,  
ex captivitate Romana. Sunt à nato Christo  
ad natum Lutherum 1483 anni, totidem sunt à  
passo Christo ad Lutherum oppugnantem Tezelium  
Monachum. Anno 12 Christus cum doctoribus disputavit :  
Anno 12. supra millesimum quingentesimum  
Lutherus Doctorem Lauream à doctoribus accepit.  
Christus aetatis suae anno 34. nundinatores è Templo,  
magno Zelo ejecit : Lutherus eodem aetatis anno  
impudentissimum bullarum nundinatorem Tezelium  
ex terris Saxonis expulit. A Primordio Iubileorū  
sub Iosua ad natum Christum sunt anni 1500 :  
tot sunt anni à baptismo Christi ad exhibitam Augustanam  
confessionem. A bellis Iosuae cum Idolatricis gentibus  
traiecto Iordane gestis ad vastationem Ierusalem  
sub Vespasiano sunt anni 1547 : Totidem sunt,  
à nato Christo ad bellum Saxonicum ortum ex  
Sphinge Augustana, & ad captum Saxonie Electorem.  
Ab anno mundi ad sanctificandos fructus in terra  
Canaan sunt anni 1497 : totidem sunt à nato Christo  
ad primam Saxoniam visitationem

6

Luthero

Luthero negotium procurante: totidem sunt anni  
à primo anno Sabbathario sub Mose, ad magnum  
Sabbatum Christi in sepulchro quiescentis.

Habet & rusticorum seditio periodum fatalem.  
Nam ut ab exitu ex Aegypto ad seditionem Gauloni-  
tae sunt anni 1525: sic totidem sunt anni à nati-  
vitate Christi ad seditionem rusticorum.

Quis non miratur Mosis circumvolutiones pe-  
riodicas? Vocatur Moses aetatis anno 80. ad educen-  
dum Israellem ex Aegypto: Christus autem Iubileo  
80. liberavit populum suum à peccatis; Vagatur  
Moses cum populo educto, 40. annos in deserto:  
Ecclesiae autem novi testamenti peregrinandum erit  
in mundo 40. Iubileos, qui 2000 annorum faciunt  
ex praesagio Eliae. Verum enimvero ut peregrinatio-  
ni Israeliticae, annus Mosis 120 finem attulit: sic  
peregrinationi Ecclesiae sub Messia Iubileus 120 fi-  
nem est allaturus. Et ut tota vita Mosis in tres qua-  
dragenarias partes divisa admirabiles complectitur  
mutationes: Sic millenarij Eliae in tres quadragena-  
rios Iubileos distincti, praecipuas complectuntur in  
Ecclesia Dei patefactiones. Primus quadragenarius  
Iubileus habet linguarum confusionem; secundus  
spiritus effusionem: tertius habiturus est mundi con-  
flagrationem, & novissimi judicij ultimam illam  
sententiam, venite, abite.

Quam admirabilis est periodus annorum 606,  
id comprobant eventus, nam ab obitu Adami, ad ini-  
tium praedicate poenitentiae à Noah sunt 606 anni:  
à victoria

à victoria Iephtæ ad excidium templi sub Nebucad-  
nezar sunt totidem: à vocatione Samuelis ad finem  
captivitatis sunt totidem: totidem sunt à fine capti-  
vitatis ad ultimum excidium Ierusalem: Totidem  
sunt à templo Salomonis ad reditum Nehemiæ ex  
Babylona: Totidem sunt à nativitate Christi ad  
confirmatum primatum pontificis per Phocam Im-  
peratorem.

Sic plane fatalis est numerus 910. annorum,  
compositè vel divisè usurpatus: A vocatione Abra-  
ham ad extructum templum per Salomonem, sunt  
910 anni: Totidem sunt à tempore missorum explo-  
ratorum in terram Canaan ad captivitatem usque,  
totidem intercedunt inter Abrahami & Davidis na-  
tivitatem: tot sunt anni inter exitum Israelis &  
principium obsidionis per Nebucadnezareem factæ;  
Totidem sunt anni à primatu Pontificis ad disputa-  
tionem Lutheri contra indulgentias Tezelianas in-  
stitutam. Et aliæ innumera rerum memorabilium  
periodi, quæ nos partim latent, partim ne in medi-  
um adferantur à me, angustia temporis prohibet.  
Idcirco nihil hîc dicam de numeris fatalibus Danie-  
lis quando Antichristo dominaturo dies 1290. assi-  
gnantur: Nihil dicam de numeris periodicis Apoca-  
lypticos de diebus Antichristi 1260: Non referam il-  
lud vaticinium, quo prædictum fuit: tum in pro-  
pinquo fore novissimum mundi diem, quando nume-  
rus annorum mundi congruet ad vulnera Christi.  
De his alio tempore occasio dicendi cõmoda offeretur.

Ac ut propius ad tua quæſita, Dn. Magiſter, acce-  
 dam; queritur de autore illius celeberrimi vaticini-  
 ij: Sex millibus annorum durabit mundus, & po-  
 ſtea deſtruetur: Bis mille manitatis; Bis mille legis;  
 Bis mille erunt Meſſiæ. Auſtor huius Prophetiæ non  
 eſt Elias Prophetæ ille Theſbites, qui tempore Achab  
 quadragintos & quinquaginta Baaliticos impios  
 ſacerdotes maſtauit: Neq; hæc reperitur in ſacris  
 Biblijs: ſi enim vel Elias Prophetæ inſtinctu diuino  
 illam pronunciaſſet, vel ſacris literis comprehenſa  
 legeretur, immota & nunquam fallentis ea eſſet  
 veritatis. Sed autor huius eſt quiſpiam Rabinus  
 nomine Elie appellatus, talium enim Doctorum Iu-  
 daicorum, qui Prophetarũ & Iſraëliticorum nomina  
 geſſerunt, magnus numerus in commentarijs Hebræo-  
 rũ extat. Inuenitur autem hoc vaticiniũ in Talmud  
 Hebræorum in quarta illius parte, libro ſecundo  
 Sanhedrim capite vndecimo, & in libro Abidiãzer  
 cap. 1. vbi dicitur duob. millib. erit תּוֹרָה: duob. mil-  
 libus תּוֹרָה: & duobus millibus חֲבֵלֵי מִשִׁיָּה.  
 Sententia autem huius vaticiniij eſt e. i., quam tu or-  
 natiffime Domine Magiſter expoſuiſti. Notatu autem  
 cum primis dignum eſt id, quod eo loco additur:  
 חֲבֵלֵי מִשִׁיָּה וּבֵין מִשִׁיָּה בֵּין קוֹרָה  
 paſſiones Meſſiæ Chriſti. Religioſus enim ille Rabinus,  
 qui ut apparet ante Chriſti natiuitatem viſſe vi-  
 detur, non ſolum Chriſtum poſt duos millenarios  
 legis venturum eſſe, credidit: ſed etiam ſub finem  
 Millenariorum legis, & principium millenariorum  
 Meſſiæ, paſſiones Chriſto Meſſiæ attribuit; Nam fu-  
 tura

ura sunt חבלי משיח inter תורה & millenari-  
um Messiae: quod exactissime conuenit cum Chroni-  
logicis Euangelij circumstantijs. Christus enim pas-  
sus est post suum baptismum (in quo finiuntur qua-  
tuor millenarij mundi) & quidem quarto anno, qui  
est principiu quinti millenarij. Idcirco חבלי משיח  
passiones Christi incidunt inter vltimum legis, &  
Messiae primum millenarium.

Occasionem autem horum sex millenariorum E-  
lias ille Rabinus, partim ex perspicuis scripture di-  
ctis, partim ex mysteriorum diligenti meditatione,  
sumsisse videtur. Scriptura enim more sibi vsitato,  
mille annos huius cui vni diei apud Deum compara-  
re consuevit, vt scriptum legimus; Mille anni in ca-  
culis tuis (Deus) sunt sicut dies hesterni (Psal. 90.)  
Et alibi, apud Deum mille anni, vt dies vnus. Mille  
igitur anni huius aevi, diem unum apud Deum refe-  
runt. Ex hoc calculo D. Irenaeus sex dies Creatio-  
nis, qui sunt dies Domini, interpretatus est de sex  
millibus annis durationis in hoc mundo. Vt enim De-  
us sex diebus creationem totius mundi absoluit: ita  
sex millibus mundi duratio terminabitur.

Latet huius numeri mysterium, in primo Ge-  
nesis versiculo Hebraei textus. Vt enim in prima vo-  
ce בְּרֵאשִׁית, facta resolutione Arithmetica, con-  
tinentur anni 2000. (qui annum illum magnum  
baptismi Christi includant. Ita in eiusdem libri ver-  
su primo sex reperiuntur aleph, quorum singula in  
Arithmetica doctrina designant mille: Qua har-  
monice

monice mirabiliter conveniunt. Creat Deus mundum sub signo lex aleph millenariorum diurnorum: Consummabit Deus mundum sub signo sex aleph millenariorum annorum. Sed cum hæc profundiora, & obscuriora sint illis, qui in Hebræorum mysterijs non sunt versati: ideo in medio illa relinquam: Et quod restat brevissime expeditum dabo.

Vitiam quod attinet questionem, quo die primum templum Hierosolymitanum sub Nebucadnezar, & secundum sub Vespasiano, sit incensum: Video in hac questione multum variare autores. Iudæi hodierni **בְּנֵי תְשֻׁבָּה**, nona die Augusti Tiberios Jeremie, nudis pedibus, humi prostrati, decantant: quod hoc die Ierusalem à Nebucadnezar, & Vespasiano incensam fuisse arbitrentur. Iosephus excidij Iudæi scriptor, decima die Augusti templum inflammatum asserit, & mirabiliter in hanc diem periodi **אֲרֵבְרָא** primi & secundi templi inflammati incidisse. At si de hac questione, quo die templum sub Nebucadnezar sit incensum, scripturas divinas consulimus, reperire licebit paulò discrepantem calculum, in libro posteriore regum, & in Propheta Jeremia. Nam liber Regum posterior cap. 25. anno 11. Zedechie, mensis quinti die 7. templum inflammatum esse testatur. Ieremias autem cap. 52. anno undecimo mensis quinti, die decima id factum docet. In his est differentia trium dierum, qui calculus discrepans ex collatione librorum emergit.



git. Nam anno Zedechie rebellantis 9. mense 10.  
die illius 10. obsidione cingitur vrbs: Anno verò ob-  
sidionis 11. die 9. fames ingravescit: dici noni men-  
sem, quem liber regum omisit, expressit Ieremias,  
esse nempe quartum. Undecimo verò anno mense  
quinto (in his enim terminis, regū & Ieremie historia  
consentit) die septimo, secundum regum historiam,  
vel die 10. iuxta Ieremie historiam templum à Ne-  
buzaradan fuit inflammatum. Sed conciliationem  
& reductionem horum trium dierum hoc tempore  
non tractabo: verum illam auditorum prudentie, &  
diligentie meditandam relinquam. Tibi igitur, or-  
natissime Dn. Magister, ad quæstiones propositas  
tantum responsum esse arbitror, quantum præsens  
auditorium, & angustia temporis ferre potuit.

D I X I.

Hunc in locum collocanda  
fuit sollemnis gratiarum actio: cæterum, eo  
absente, qui competitorum suorum  
nomine gratias egit, haberi  
non potuit.

F I N I S.

προς Φωνήσεως aliquot amicorum :

Politico viro  
Dn. FRIDERICO TILEMANNO,  
Philosopho erudito;  
Philologo disertio;  
Iuriconsulto claris.

Quam scitum, si quando ad clarum sessio fa-  
cta est,

De Puppe providere temperiem maris;

Quam tutum in campis pluuias, & nubila nosse,

Longè antequam procella ventis incubet.

Tàm divum est, longè regnorum fata vicesq;

Ex civitatis speculis animadvertere.

Portentum Hippocrates? morborum ubi fata pro-  
fessus,

Sive hæc futura fata, seu presentia.

Portentum Tilemanne viris es regibus; arte

Novâ quod arte fata regnis prædicas:

Nec minus ars certa est, regnorum ediffere casus,

Quam nosse lapsus perditorum corporum.

Certa metaptosis, constans utrobique, prognosis,

Hoc Cous, hoc Tilemanne declaras satis;

Hippocratem sua laus, tua te Tilemanne manebit,

Dum fata regnorum, atq; fuerint corporum.

M. Balthasar Schulzius,  
Pomer.

*παρωδία*  
Ad Clarissimum atq; Consultif-  
simum virum,

Dn. FRID: TILMANNVM D,  
Fautorem & Promotorem suum co-  
lendissimum scripta, &c.

Q Vem virum? quem dulcis Apollinari  
Barbitis sumes celebrare Clio?

Cui novâ virtute decus paratum  
Advolat alis,

Aut in antiquæ Babylonis oris,

Aut super Cyri solio, sagacem

Perficum pennâ velut egit altè

Fama dynastam,

Ore divino tacitos canentem

Temporum lapsus, variamque sortem:

Certum & arcanis duo bis Monarchas

Surgere fatis.

Quid magis tollam pietas tremenda

Laude, quam patrem generis superni;

Qui polos, qui Solis utrosque tractus

Frænat habenis?

Sanctius nullum celebratur ipso

Numen, haud maius viget orbe nomen,

Proximos huic nemo pari tenore

Carpet honores.

G 5

Nec

Nec tamen regale caput silebo,  
Isai clarum populis nepotem,  
Acrem, & argutâ sapienter illum  
Mente politum.

Concinam & caræ Cereris Magistrum,  
Cui potens regnum & diadema soli  
Marce Memphites superante fidens  
Detulit heros :

Iste solerti genio futuros  
Calluit felix aperire casus,  
Rebus abstrusis operosa dixit  
Somnia regi.

Pindarum post hos prius, ane Homerum  
Os sacrum Musis memorem, coronam  
An lyram Flacci, dubito, an Maronis  
Nobile carmen.

Socratem morum patrem & æquitatis,  
Et vasram facundi aciem Platonis,  
Gratus argutâ referam camœnâ,  
Herodorumque.

Bartolum quem cura clientis ultrix  
Et foro, & legum tulit institutis  
Vtilem, magnum simul explicato  
Codice Baldum.

Crescit extensis, uti Laurus, oris  
Fama Bodini : micat heic ad Albim  
Candidum sidus, velut inter ignes  
S R I C A minores.

Sidus hoc splendens T I L E M A N N V S, acres

Tot

Tot virós cūctū studet æmulari:  
Est caput princeps chori Apollinaris,  
Signifer idem.

Gentis humanæ pater, ac beate  
Cœlitum rector; tibi cura cari  
Sit, precor, tanti capitis: secundo  
Te duce felix

Vivat extento **T I L E M A N N V S** æuo.  
Notus in Doctis celebri labore,  
semper obscurum retegens vt alter  
Solvit 'Apollo.

Se gerit quovis placidè minorem,  
Te Deo (quod sic iubeas) potente,  
Nulla splendescet propè Lux nitendo  
Maior in orbe.

*M. Samuel Wichelman Lu-  
naburg.*

**Viro**

Viro Clarissimo,

DOMINO

FREDERICO TILEMANO

I. V. Doctōri eximio ;

*& historiarum Professore optimo.*

FREDERICVS TILEMANVS,

*ἀναζητησιμὸς.*

ITALE FER. MIRVS DECANVS.

---

**I**TALE, TILMANI parvum si fortè libellum  
Advehet in dextras aura secunda tuas :

Et non Narcisci despretæ es portio caulis,

Filia nec Linguae aut Aeris esse voles.

FER mecum, & quib. est censoria regula VERVM,

TILMANVS MIRVS mente DECANVS orans,

Non mihi in ampullas laudum est mens ire, sed arcto

Carmine dona viri dia referre juvat ;

Omnis doctrina huic ratio est benè cognita, quantam

Philosophia innumeris gens tenet orbe libris ;

Callet scita DEI, legumq; volumina, Gracà

Et quicquid Latia conditur historia.

Aurea mens illi, quæ flexu & acumine vocis

Nostra rapit miro pectora more sua ;

ITALE sat dixi : tibi gens tua gloria sola,

TILMANVS nobis gloria major erit.

M. Albertus VVichgreinus  
Hamburgensis.

VIRVM

Iuris civilis ac politicæ scien-  
tiæ literatè peritissimum, Dn.  
FRIDERICVM TILEMANVM,  
VVitebergensem, V. I. D. &  
Professorem historiarum an-  
tiquitatumque in Academia  
VVitebergensi publicum, ac  
Facultatis juridicæ boethum,  
amicum plurimum hono-  
randum alloquitur

CONRADVS RHVELL,  
VVitebergensis.

*FELIX, ô nimium felix, cui iungere fas est*

*PUBLICA PRIVATIS: contigit hocce TIBI.*

☉ *fortunatum, vix haud de millibus uni*

*Præfixas metas has tetigisse datur.*

*Te DEVS & fortuna simul fecere beatum,*

*Ingenium voto contulit ILLE bonum:*

*Non modò tu legum varios dissolvere nodos,*

*Insuper & claris dicere iura viris;*

AST

Aſt etiam veterum pariter monumenta Potentium,  
Scripta q̄ prudentum plurima noſſe valet.  
Non ſatis eſt: etiam placuit recitare politos  
Diſcurſus, ſub quibus ipſa latet ſophia.  
Comprobat hoc nunc multis tam VViteberga celebris,  
Iura q̄ Doctoris tum Baſilea docet.  
Laudandus: patrie dum tu tuere ſalutem,  
Atq; cupis noſtris utilis eſſe Scholis.  
Verum quæ ſtudij merces, preciumq; laboris?  
Gloria & quid, tantum? præmia reſq; manent.  
Nec cures vulgus, livor nil officit ulli.  
Artes ſic DOCTVM nobilitare ſolent.  
Ille etenim ſapiens, MODICE bona ferre, malumq;  
FORTITER ac LEVITER qui tolerare poteſt.  
Ergo vale, valeat dulciſſima patria; perge,  
Lumen eris patriæ, perge favere bonis.

F I N I S.



ΤΥΠΟΓΡΑΦΙΚΑ σφάλματα IN-  
ter relegendum animadversa;

- B. 2. facie altera lin. 4. fortuita. & lin. 20. pertra-  
clata. B. 3. fac. alt. 1. 1. pertractata. B. 5. lin. 1. a-  
tate. B. 6. lin. 1. θυμική. B. 7. fac. alt. l. 14. subju-  
gat. & lin. 15. dele verba, jungat hostes.  
C. 8. fac. alt. l. 4. inserantur verba; tum quoad  
statum.  
E. 1. fac. alt. l. 3. lege; in quem Deus, & lin. 28. re-  
rumpub. E. 4. fac. alt. l. 3. cujasmodi. E. 6. lin. 24.  
quot. E. 8. lin. 29. ἤρημον.

Reliqua Lector circumspiciet.




52  $\frac{6}{k, 2}$

AB 52  $\frac{6}{k, 2}$

X 219 9765

sb.



DE  
NIB  
CA  
FRI  
MANN  
CVS  
for, tem  
Philoso  
cum  
lu

Ex

